Trithemii

Ernst Schütz
1930.

I·A·S·

Hec desunt duo ultimi libri tercius videlicet et quartus. quorum unus tractabit de sanctis et canonisatis nostri ordinis in genere et in specie quantum valere poterit memoria. Alius qui et ultimus aget de papis. cardinalibus. archiepiscopis et episcopis ad diversas ecclesias diversis temporibus ex ordine assumptis.

κγεογεεεπφος.

In
ad
m
or
iu
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
m
[illegible]
[illegible]
[illegible]
ta
d
p
q
m
p
b
ta
m
o
ad
m
f
l
n
n
te

Incipit prefacio domini iohannis abbatis spanhemensis in libros de illustribus viris ordinis sancti benedicti

Cogitanti michi ac crebrius animo revolventi
pristinum ordinis sancti nostri sacrati decorem.
eiusque sortem condolenti: quod cum in omnibus ordinibus ceteris
fortia ac memorabilia gesta patrum scriptis
commendata sunt: in solo ordine nostro qui omnibus
antiquitate dignitate et auctoritate prestat:
nihil aut parum certum singulariter esse
conscriptum. Vel si quid in laudem illius ab antiquis editum est:
ad manus meas minime pervenit: quamvis non mediocriter
inquirendo laboraverim. Nam ut dicere reperio alii pene
omnes ordines sui historias in uno codice habere non cessant: quibus
in memoriam suos ad precedentium patrum exempla imitanda provocant.
Habent etiam illustrium virorum kathalogos sive sanctorum actus
conscriptos suorum: quorum notitia quantum conferat inferioribus
fratribus: nemo expertus qui dubitet. Noster autem ordo cum sit
ceteris pene omnibus antiquior tempore stabilior auctoritate: non
estimandus est doctis sanctissimisque ab olim caruisse lumi-
nibus qui et vita sua et doctrina semper illustraverunt ecclesiam.
Huius rei gratia ego frater iohannes de trittenheim abbas in
spanheim eiusdem ordinis ad preces amicorum et fratrum persuasus
ex diversis cronicis veterum atque historiis presens opusculum compor-
tare institui ad laudem omnipotentis dei et prefati ordinis bene-
dicti honorem in quo breviter me expedio ne prolixitas
pariat tedium: et ut memorie lectoris puritatem operis conferat
commendem. Nam si vitam singulorum quos in hoc volumine bre-
viter signavi latius voluissem exponere: opus profecto
prolixum et ingentis magnitudinis conarer efficere. Unde
brevitati consulens gesta eorum non dilatavi: satis fore compu-
tans si nomina dignitates ac tempora compendio designarem. Ne-
mo autem qui presentem librum dignabitur inspicere putet me
omnium qui in nostro ordine floruerunt facere mentionem. cum hoc michi
non solum difficile: sed etiam impossibile sit. Ab initio etenim ordinis
nostri multi doctrina excelluerunt, et vita: quorum nec
scripta retinemus nec nomina. Quorum numerus intantum crevisse dicitur:
ut ad multa milia extendatur. Ego autem silvam historiarum
transacti temporis quantum licuit ingressus. paucos e plu-
ribus: sequentibus viam qui restant querendi prebiturus non
terminum.

Incipit liber primus de illustribus viris ordinis sancti Benedicti

Ordinis itaque nostri principium perstringentes ab illo sumamus loquendi exordium, qui nobis regularis observantiae formam praebuit institutum. Benedictus quippe a quo nomen benedictionis hereditarium huius ordinis nostri primus institutor est, qui vivendi in coenobio religiose normam edidit, qui monachorum pater et dux ab initio fuit. Hic Nursiae provincia exortus de claris parentibus vir clarissimus emicuit, cuius pater Providus Iustiniani imperatoris nepos comes Nursiae, mater vero marchionissa de monte Ferrato Habundancia vocabatur. Quae praedicta in partu geminos edidit, filium Benedictum et filiam Scolasticam, qui ambo saeculum Christi amori postponentes Domino in monastica vita militaverunt. Nam Benedictus cum adhuc parvulus esset Romae scholis traditur, soror autem in propria domo conservatur. At Benedictus puer cum Romae ad litteras positus multos per abrupta vitiorum ire in mortem cerneret, relicto studio saecularisque philosophia despecta, soli Deo servire cupiens desertum locum Dei spiritu vocatus petiit. Ubi multis annis carnem macerans in virum sanctum [illegible] evasit. Hic tandem coenobia multa construxit, quibus monachis vivendi regulam tradidit, quam conservamus pro nostra possibilitate usque in hodiernum diem. Ipse autem sanctus Benedictus constructo monasterio in monte Cassino, in quo castrum et ara Apollinis habebatur antiquitus, locum ab omni immunda spurcitia diaboli purgatum monachis fecit esse habitabilem, in quo gessit abbatis officium annis xxxiiii, et regulam scripsit discretione praecipuam, sermone luculentam. Ordinemque suum dum adhuc viveret in multas mundi partes dilatavit. Audientes etenim principes catholici et ecclesiarum pontifices devoti sanctissimam vitam patris Benedicti, cupiebant singuli coenobia ad institutionem eius in suis provinciis et regionibus a fundamentis erigere. Palmites etenim suos extendit usque ad mare, et propagines in longinquum, qui non solum sibi laboraverunt sed omnibus exquirentibus veritatem. Nam quantum ad conversationem eius pertinet, fuit fide firmus, spe robustus, gemina caritate fervidus, mente purus, devotione praecipuus, in oratione ardens, in meditatione accensus, in lectione sacrarum scripturarum prudens, in contemplatione altus, omnium virtutum cultor, in [illegible], humilis, pudicus, sobrius, castus et quietus. Cuius interiorem conversationem si scire desideras, regulam quam edidit legas. Sanctus etenim vir qui usque

ad prophetie spiritum exaltari meruit : nequaquam vivere aliter potuit : quam sicut vivere precepit. Ad exteriorem autem conversationem totus erat igneus totus exemplaris · caritativus · humilis · benignus · mansuetus : et omnium christi pastor vigilantissimus qui amori dei nichil preposuit. Et tunc cum vicios corrigebat zelo discipline accensus : per visionem contemplationis arguebat vitam. Huius vitam et miranda gesta simul et conversationem qui plenius agnoscere desiderat : secundum librum dialogorum beati pape gregorii legat. Hic itaque benedictus legifer noster natus fuit Anno domini quadringentesimo octogesimo · venit ad conversionem anno domini · xxx · etatis sue xiiii Construxit monasterium cassinense anno domini quingentesimo octavo Mortuus autem anno domini quingentesimo quadragesimo secundo · etatis sue sexagesimo secundo · vicesima prima die mensis marcii sepultus in ecclesia sancti martini in eodem cenobio quam ipse construxerat Et ab hinc ordo noster incepit · sancti benedicti nomine et regula vite

De multiplicatione ordinis et profectu et de fundatione monasteriorum et multitudine eorundem · capitulum secundum

Cepit ex hinc ordo sancti benedicti valde multiplicari et usque in longissimas regiones terrarum extendi Nam ut diximus ad huc eo in carne vivente nobiles et presules ecclesiarum suos legatos ad eum de remotis terris miserunt postulantes sibi mitti fratres monastice institutionis magistros qui apti essent et alios docere et quam viderant benedicti conversationem instruere Ex quibus in cenomaniam beatus maurus abbas destinatur ab episcopo postulatus : qui fundato cenobio multos in christo filios congregavit Placidus vero in siciliam mittitur : ubi post aliquot annos cum triginta fratribus pro fide christi martir efficitur Post decessum vero beatissimi patris nostri benedicti ordo sacratus per sexcentos annos mirabiliter dilatatus est : et multis cenobiis ubique fundatis inter omnes ordines et numero et merito obtinuit principatum Sed cistericiensi mendicantibusque ordinibus exortis · non adeo monasteria fundabantur ordinis nostri : quemadmodum temporibus construebantur preteritis De hiis autem posterius habendus est sermo O quanta principum veteris temporis devotio : quanta presulum ecclesiarum sollicitudo : qui construendis cenobiis omne studium impenderunt et censum Et quia quia omnium fundationes cenobiorum singularium pre multitudine scribere non valeo : multorum tamen fundatores ac ipsa constructionis memoria teneo : que idcirco signare nolui · ut ceteris iniurie causam obstruarem Generaliter autem ipse reperi

nium eorundem patrum: ut ordinis multiplicacionem qua asserui insinuem.
Nam ut fertur numerus monasteriorum ordinis sancti benedicti solum
abbates habencium exceptis prepositurijs prioratibus et cenobijs
monialium temporibus iohannis pape xxij ad quindecim milia. centum et
septem se extendit. Unde dicatur quod si quilibet iuste posside-
ret donata. terciam partem xpianitatis sanctus benedictus habere
crederetur. Que cum sic mira videntur historias veterum revol-
vat. gesta transacti temporis legat et maiora inveniat nostro ordini
laudum preconia. quam ego dicere velim aut possim. Ut autem magnorum
fidem astruam in minimis. nemo tantam cenobiorum abbacia-
lium multitudinem in tot mundi partibus velut incredulus mi-
retur: cum in sola provincia maguntina adhuc habeamus
nostri ordinis abbacias centum. viginti duas: exceptis hijs quas
ab ordine dimembravit impietas. quarum etiam ad minus decem
sunt. Igitur a tempore sancti benedicti per annos multos ordo noster in
magna religione viguit: et ecclesiam dei per annos septingentos
laudabiliter sustentavit: dum fratres in eo degentes non
solum conversacionis sanctitate sibi proficerent: immo eciam suis
doctrina et librorum multiplicium edicione proficerent. De quibus
omnibus quantum nobis concedere dignabitur altissimus. in sequen-
tibus sub compendio clarius dicemus. Quod autem multi-
plicaretur hic sacer ordo. cuius institutor sanctissimus. re-
gula discrecionis est: Scripserunt enim multi sancti patres
monachorum proposito regulas: et benedicti regula omnibus iure
prefertur. que discrecior solidiorque in singulis comprobatur.
Laudet quisque suum propositum: nos amplectimur pre omnibus
benedicti institutum De ordinibus sub regula sancti
benedicti militantibus. capitulum decimum

Quoniam quidem non mediocriter diversorum ordinum
principes regulam benedicti. quam discrecione et seve-
ritate constare eandem precipuam intuentes. colla
sue conversacionis eidem humiliter voluerunt submit-
tere: gaudentes se ducem habere sacrati exercitus quem patrem
monachorum sanctissimum esse cognoverant. Militant etiam sub
eius regula multi ordines monachorum statutis singulari-
bus duntaxat appositis De quibus ~~ordo~~ primus est ordo
sacratissimus quem ipse princeps monachorum benedictus insti-
tuit. Ordo quoque nigrorum. Ordo cluniacensis. Ordo
carthusiensium. Ordo cisterciensium. Ordo wilhelmi-
tarum. Ordo scotorum. Ordo montis oliveti album portans

Gaben

habitu Ordo celestinorum Ordo sclavorum Ordo vallis umbrose
Ordo fontis ebrandi Ordo humiliatorum sub albo habitu qui
primo incepit in alemannia Ordo grandimontensium Ordo
sancti ambrosii Ordo camaldulensium sub albo habitu Ordo val
lis scolarium Ordo pauli primi heremite Ordo de sancta brigida
vidua Omnes hii ordines sub regula militant sancti benedicti
Ordo autem sanctissimi ieronimi regulam propriam accepit tempo
ribus martini pape quinti anno domini millesimo quadringente
simo xxvi quam frater lupus olineti hyspanus eiusdem ordinis
generalis ex dictis sancti ieronimi in uno volumine collegit et
prefato pontifici confirmandam obtulit Alii qui ordines regulam
sancti benedicti preter iam dictos custodiunt: ad noticiam meam
non venerunt Ecce pater sanctus qui non sibi soli laboravit:
sed omnibus requirentibus veritatem Non dubium quin sub hac
regula multi sanctissimi viri deo militantes cum christo iam reg
nent in celestibus: sicut ex parte dicemus in sequentibus

De sanctis et canonisatis ex ordine sancti benedicti cap iiii

Gloriosus autem deus in sanctis suis hunc ordinem ab initio
multis sacratissimis viris mirabiliter decoravit: qui vita
claruerunt atque miraculis: quemadmodum diffuse in eorum
gestis continetur Et quid mirum si tot luminibus claruit
qui tanto iam tempore duravit: Nam per septingentos ferme
annos: indesinenter sanctis viris ordo fuit illustribus Et quidem
nobis impossibile est omnium sanctorum huius ordinis vel sola nomina descri
bere: quorum tantus est numerus ut multis in summa videatur incre
dibilis Et ut promissus locus huius compendio: clarorum virorum
meritis huius instituti breviter summa feratur Tempo
ribus iohannis pape xxii ex annalibus summorum pontificum et veterum
historiis reperti sunt de ordine sancti benedicti tam ex sanctis quam ex
diversis dignitatibus ecclesiasticis sanctorum kathalogo inserti Quin
decim milia Quingenti Quinquaginta noue Quibus horum
omnium singulariter faceret mencionem: In hac vero huius
operis libro quorundam memorabor quorum gesta ipsa vel nomina
ad presens potui invenire ut patebit evidenter Gaude pater benedicte
qui tuis sacratissimis institutis christo regi tot animas adduxisti: ut
se nullus tuo gregi audeat conferri equalem Iam exultans
in celestibus regnans propheticis verbis testaris quando Ecce
ego et pueri mei quos dedit mihi dominus Alacrius ergo fratres
si nomina sanctorum delectant: exempla non terreant Hanc sicut

gloriabimur de multitudine sanctorum ordinis nostri : nisi eorum vestigia pro
posse imitemur. Quid enim prodest nobis si tot milia sanctorum nos ha
buisse legerimus. et eorum conversacionem fugiamus. Cum itaque sanctos nostros
extollimus : ad eorum quoque consorcium pervenire festinemus Tunc enim
in sanctorum multitudine fructuose gloriabimur : si et ipsorum eorum numerum au
gere conamur. Quod certo nobis tanta sanctorum copia proponitur : ut dum
multos mundum vicisse conspicimus : nos pusillos idem quoque possibile
fore auxiliante deo confidamus. Multi autem ordinis sui sanctos sermo
nibus extollendo predicant : qui tamen vite conversacione ab eorum vestigiis
declinant. Nos autem fratres non sic : sed qui sanctos nostros verbis extollimus :
nos quoque moribus imitatores eorum demonstremus. Homines fue
runt similes nobis mortales : sed gracia dei immortales facti sunt
Et quod illis gracia contulit : nobis non negabit. Cor tamen et animum gre
di conferamus.

De summis pontificibus cardinalibus archiepiscopis et episcopis ex ordine diversis temporibus assumptis Capitulum v

Vera domini sentencia est Non potest civitas abscondi super
montem posita. Et nemo accendit lucernam ut abscon
dat eam sub modio. sed super candelabrum ut luceat
domum intrantibus. Non latuit ordo sancti benedicti
sub modio abieccionis et oblivionis : sed super candelabrum ex
altatus est : ut vite et doctrine lumen preberet fidelibus. Unde
mox ab exordio plantacionis sue multipliciter in ecclesia dei me
ruit exaltari : dum populi fideles quique de grege benedicti patres
sibi certatim asciverent sacerdotes. Quenam ecclesia non summis
optasset desideriis de ordine sancti benedicti habere pastorem :
In quo christiane religionis amor viguit : sancte sciencie lumen
effulsit : morum honestas enituit. Factum est itaque ut multi fratres
ex hoc ordine ad diversas ecclesiarum dignitates vocarentur. alii ob
sanctitatem eximiam. alii vero propter excellentem sue doctrinam :
nonnulli ob singularem agendorum industriam. quidam eciam ob sangui
nis claritatem In omnibus autem amor religionis monastice simpli
citas ordo in sacerdote mulcebat. De hoc sacrosancto benedicti
ordine fuerunt sancte romane et universalis ecclesie summi ponti
fices xxiiij : qui diversis sibi ~~succedentibus~~ succedentes temporibus :
ordinem mirifice dilataverunt. Cardinales quoque sancte romane
ecclesie fuerunt ex hoc ordine diversis temporibus viri excellentes atque
doctissimi Centum octoginta quatuor. Archiepiscopi autem in diversis
mundi partibus ex hoc ordine fuere Mille. Quingenti.
sexaginta quatuor. Episcopi vero fuerunt huius instituti pro
fessores. triamilia. quingenti duodecim. Hii omnes fue
runt ex ordine sancti benedicti pontifices ante constanciam

galium quod fuit anno domini Millesimo Quadringentesimo septimo
decimo. Et qui postea venerunt: in prescripto numero non sunt. Et
de hiis etiam singulariter dicemus ex parte in huius operis libro
ultimo. Non enim omnes vel nomina poterimus signare vel ipsa:
sed paucos recensentes e pluribus. fidem argumento assumemus
Floruit in ecclesia dei sacer ordo benedicti multis dudum olim decoratus
presulibus: cum spiritus sanctus sibi sacerdotes elegit. moribus et gratia sacre
lucidos scientia scripturarum clarissimos. At nunc monachorum tepescente devo-
tione. amor scripturarum evanuit: merito ab ecclesiarum regimi-
ne milites repelluntur. Olim ad gubernandas ecclesias monachi
vocati. noverunt se et populis presules exhibere utiles: et ideo quod
fuerant religiosi permanserunt. Nunc vero si monachum populi ducem
constituas: statim in superbia elatus obliviscatur quod fuerat. Re-
hortetur de hiis omnibus generaliter dixisse putandus sum: cum ad hec
etas mea in ordine multos viros doctos et in sermones continet sub
habitu monachali: qui si ponerentur in cathedra regiminis:
a veteribus nequaquam degenerarent. Est monachorum officium
est sua et aliorum peccata plangere: solitudinis quietem amare:
vicia fugere: virtutes colere: servare humilitatem. Felix mo-
nachus. qui actionis sui nominis tenet diffinicionem. Felix qui unus
est simplicia puritate gratie. qui cordis duplicitatem ignorat:
qui nescit dolos. qui voluptates mundi non sequitur. Felix qui omnibus
mundanis postpositis super custodia sui vigilat: et a sancto
proposito nunquam declinat. Ad hanc formam nobis ex nostro ordine
tot pontifices recensentur: ut religionem et sanctitatem imi-
temur. non ambiamus officium. Moribus enim sanctis et meritis
premium debetur. non gradibus dignitatum. Quid delectat nos forte
celsitudinem tam ex nostro ordine nimium succrevisse pontificum. vane
gloriamur. cum durum infortunii genus sit fuisse felicem. Non
ex sublimitas personarum ordinem felicem reddiderit: sed merita
singulorum. Fateor autem paucis simpliciter omnibus dolorem meum
quod ex recordacione tantorum coronacionem gererent. Unde siquidem
verecundor et doleo amplius ex nostris temporibus tantis dignitatibus
ut olim ydonei fratres monachi non existunt. Non gloriatur in alio:
se unde posset gloriari non habens ordinis. Heu periit a monachis
sacre leccionis studium. ex veteres essent insignes: ut ponti-
ficalibus infulis digni haberentur. Iam sanctis moribus
pauci deserviunt: sed vero scripturarum pauciores. Et inde
fuerunt utilium personarum defectus in ordine. De in scripturis
de doctoribus ordinis et mirabili studio monachorum antiquorum

a A principio nostri ordinis usque ad tempora Heinrici imperatoris quarti
multi viri doctissimi in eo floruerunt sicut in secundo libro huius opus-
culi quantum poterimus ex parte monstrabimus. Nam adhuc sancto
Benedicto vivente et ordine per diversa terrarum spacia diffuso plu-
res nobilissimi eruditissimique iuvenes monasticis institutis sancti
eius regule colla submiserunt: qui non solum in scripturis sacris sed
etiam in secularibus litteris peritissimi habebantur. Ex quibus clarissimus
ille senator Cassiodorus vir undecumque doctissimus senatoria
dignitate deposita pro dei amore monachus cenobialis efficitur.
Succedente vero tempore monachis summum erat studium scripturarum: et
omnibus doctrinis bonarum artium amor discendi continuus. Nam qui docti
ad conversionem venerant: indoctis fratribus discendi utilia precepta mi-
nistrabant. Nec etas minor impediebat proficiendi desiderium:
quam industria omni artium ornabat imperium. Ut vero denique in exemplum
paucos ex pluribus Bonifacium et Rabanum Maguntinos antis-
tites Bedam quoque presbyterum intueamur: quorum primus Bonifacius
puer adhuc quinque annorum in Anglia monasterio traditur: in quo
tantum profecit in scripturarum studiis: ut doctor et apostolus Germa-
norum habeatur. Extant eius elegantes ad diversos epistole: extant
varia sintagmata: quibus ingenii eius vena redundans flu-
enta doctrine sacre ostenditur. Rabanus etiam qui beato Bonifacio dum in
archiepiscopatu sextus ex ordine successit in monasterio Fuldensi
puer ad conversionem venit: qui quantum in scripturarum sacra scientia
profecerit: infinita que scripsit testantur opuscula. Nec solum in
exposicione scripturarum excellit: verum etiam in omnibus artibus humani-
tatis peritissimus fuit. Quantum in poesi valuerit ac carminibus:
mirabile opus de sancta cruce ostendit. Quantum in historiis veterum exer-
citatus fuerit: insigne volumen eius de universo prolatum indicabit.
Noticia vero rethorice artis in epistolis et scriptis eius copiose relu-
cere dinoscitur. Beda venerabilis presbyter toto pene notus in
orbe cum esset septem annorum in monasterium a parentibus traditur:
cuius opera miranda in universo mundo laudibus attolluntur. Hii viri
sanctissimi ac doctissimi quod ex de sacra scripturarum hauserunt: in mo-
nasteriis sub regula ordinis didicerunt. Non mittebantur causa
discendi ad exteras naciones: cum bonarum artium preceptores semper
haberent in cenobiis. Taceo de ceteris eruditissimis viris: qui ad
monasticam vitam a pueritia devenerunt. Amor eorum et usus dis-
cendi etatis defectum perficiebant. Possimus quippe de sanctis patribus
huius sacri ordinis multa et varia preconia laudum: que nobis ad eorum
imitanda vestigia proponuntur. Magna fervebat in eis de-
votio regularis discipline zelus emendandi: qui nunquam

finiebat. Ipse sacerdos psalmis cum officio divino tunc omnes devote in-
sistebant: deinde vacabant studio monachi scripturarum: quibus ad
compunctionem cordis frequenter accendebantur. Fervebat in exercicio
sancto monachorum vigens amor: qui de lectione ad sacre ordinis studium
vacat vigilantes. Nam quamquam et sacris scripturis amplius extra
creature vacantibus horis a divinis functionibus: expositionibus et studio
earundem scripturarum intendebant: componebant libros et varios tractatus:
quibus fratrum suorum studia ad deum provocabant. Ceterum fratres vero iuxta regule
precepta non vacabant ociosi: sed opere manuum per ordines devote insiste-
bant. Libros scribebant quos poterant: et exemplaribus a doctoribus ad
nuper edita redigebant. Alii scriptos codices artificiose ligabant:
corrigebant alii: ceteri rubro minio distinguebant. Gaudebant
se omnes eorum qui in scripturarum expositionibus edebantur esse participes.
Juniores autem scolasticis instituebantur disciplinis: secundum uniuscuiusque
naturam et ingenium. Alii in grammatica, alii in rethorica, alii in philosophia,
dialectica, arithmetica, et orthographia: sed alii qui in primitiis
sciencijs iam fundati erant, ad scripturas theoricas vocabantur.
Nullus dabatur in monasterijs ocio locus: singuli suis laboribus
et studijs insistebant. Unde multi sanctissimi doctissimique et in re sacra
scripturarum periti viri cum magna laude et nomine sui extiterunt:
quorum inferius suo loco quorundam poterimus singularem mencionem
facientes. O si nunc in ordine sancti benedicti ferveret tantus amor
scripturarum: quam felix esset nostris moribus inter electos dei. Nichil mo-
nachis antiquitus erat iocundius quam in sacratissimis scripturis
conversari: illas legere et exponere: et novos ad laudem eciam dei li-
bros. Mittebant cum que viderint opuscula imperatoribus et ceterorum
prelatis: quorum auctoritatibus confirmata securius ad nostram edi-
ficacionem in lucem prodierunt. Hoc testantur libri quos composue-
runt concordia: testantur sermones capita principibus sacrarum despi-
nata. Sed ubi est nunc vetus studium monachorum? Ubi sanctus
amor discendi scripturas? Jam magis et utilius dicitur non quia sacra
scripturarum refulget: sed qui congregandis divicijs temporalibus inhians
sordescit. Verum non est huius temporis laudibus ordinis vituperia inse-
rendo personare. Ad propositi nostri finem stilum convertamus. Jam nunc ergo
carissimi fratres studia veterum sanctorum imitemur: sacrarum scripturarum
amemus: et carnis vicia interibunt. Nemo se a sancto studio
excuset: nemo defectum preceptorum vocet in culpam: omnia vincit
amor: omnia potest caritas: omnia suffert humilitas. Si deest
preceptor: sanctos patres in suis sparsim opusculis tibi lege preci-

N.B.

prentes Semper cum quibus informeris doctores invenies Proverbio
namque dicitur Non petit amor varius discendi athenas: suffi-
ciens ~~tibi minerva~~ tibi minerva domi consistit Sed caveamus
fratres ne nobis fiamus magistri errores Sollicitudo studium nisi
ardeat amore christi: frequenter parit errorem Nulla ars absque
magistro discitur Habent singula statuta suos preceptores:
qui principia artis tradant discentibus Et hoc in scripturis dis-
cendis nichilominus observandum est

De profectu ordinis in personis vario meritis et mirabili devo-
cione fidelium qui ordinem dotarunt

Sancta quoque studia monachorum antiquitus magna devo-
cione principum et populi meruerunt: quibus ordo
noster in altum crescens mirabiliter proficiebat Videntes
enim nobiles virtutumque amatores sanctissimam conversacionem
monachorum multa cenobijs contulerunt beneficia. quatenus
in servicio dei fratres quieciores permanerent Alij fundabant
monasteria in possessionibus proprijs: et suis elemosinis mag-
nifice dotarunt: alij iam dudum fundata ab alijs copiosis sti-
pendijs ampliarunt Gaudebat se singulus contulisse monachis
aliquid in honore sancti benedicti Tanto etenim monachi quanto
plus amabant celestia: tanto amplius terrena substancia devo-
cione populi aucta crescebat Amabant deum: et omnia possidebant;
Contempserunt mundum: et ipse necessaria copiose providebat
Hoc enim ipse in evangelio ita fieri promisit dicens Primum querite
regnum dei et iusticiam eius: et hec omnia adicientur vobis Ubi ac spiritualibus
profectibus temporalia: utraque non deficiunt Crescebat autem tunc ~~cot~~
cottidie numerus personarum servientium deo: crescebat substancia
temporalis: sine qua spiritualia diu non possunt subsistere De diversis
enim mundi partibus ad monachorum conversacionem homines properabant
Nobiles et ignobiles: docti et indocti: innumerabiles monachorum
habitacula requirebant Multi quoque reges et principes filios suos
benedicti regule subdiderunt Stetit annis multis ordo in sancta
constancia: et magnifice proficiebat: donec in pluribus devocio
tepuit. perijt studium. curiositas intravit Conservavit
autem ordinem in sua prima institucione multis annis prelatorum
industria. zelus discipline: et correctionis severitas

De ordinis observancia regulari capitulum viij

Incrassatus est dilectus et recalcitravit: impinguatus et dila-
tatus. dereliquit prime institucionis sancta exercicia: abijt post
vanitates et insanias falsas. que inopem copia fecit Pe-
perit olim religio divicias: at nunc filia suffocavit

Nam quia diuitus volat fieri inadunt in temptaciones diaboli Ditauit
ordinem nemo aliquando cultus dei sincera deuocio : que certa modicorum
ambicio bonis operibus denudauit Quorum cum ut monachi ceperunt
terrena sapere . et temporalia quedam amare : defecit sancte religionis
pristinus color optimus : deuocio vero exspirauit Spiritualibus autem
neglectis : iusto dei iudicio etiam temporalia defecerunt Causa vero huius NB
defectus quivatur negligencia prelatorum Ceperunt enim fratres
negligere diuina postponere : pompam seculi colere . monachis
necessaria denegare Iactabant se quidam quidam de nobilitate generis :
et ne professione monastica parentibus viderentur iniuriam facere :
despectis statutis regularibus . mundo quam deo maluerunt militare
Alij autem diuiciis diuitijs affluentes . deum obliti sunt : et per circuitum de
sideria ambulantes . in suis vanitatibus euanuerunt Nonnulli
vero rudes inexperti et sine sancta litterarum : cum non haberent ubi cor
suum delectabiliter figerent : ad amorem seculi gressi . ordinis
disciplinam miseri destruxerunt Omnes enim sunt qui ordinem in NB
obseruancia tenuerunt : amor dei : et studium scripturarum Quibus
deficientibus : monachi qui a sancta institucione recesserunt Qui enim
amat deum : ordinis sui precepta magno zelo custodit : qui caritas
dei statuta non negligit Qui enim amat sanctas scripturas : a bono
proposito non recedit : quia stimulis scripturarum ad sancte conuersacionis
studia cotidie reducitur Qui enim autem dei amorem non habet : ab omni
opere bono vacuus est : et statuta ordinis flocci pendit . curam
suam negligit : celestium obliuiscitur . sola amat terrena Cor enim
humanum inquietum . numquam sine amore est : quia semper circa aliquid
versatur cui diligencius intendat Amor autem duplex est . scilicet
videlicet bonorum et temporalium Qui enim ergo celestium amorem deserunt :
solis caducis vite presentis intendunt Et hic amor inordinatus
religionem destruit : ordinem confundit : violat castitatem Perit
omnis deuocio . zelus discipline regularis euanescit : si desit
amor dei Quid potest homo diligere nisi mundum et voluptates
carnis : qui caritatem dei postponunt non metuit Numquam amator
sui propter diligere deum Et omne opus eius radix in caritate dei
non figitur cito dissipatur Sciencia quoque scripturarum ab amore
dei non discrepat : si ad debitum finem referatur Nec huius gratiam
in eis studium sunt : qui vineam domini maceriam dissipauerunt Sed
pertranseamus ista breuiter : quia non est huius temporis veterum defectibus
innouari Non latet nos causa ruine : non latet infir-
mitas : de oportuno remedio conferamus

De diversis reformacionibus ordinis a diversis patribus certis temporibus capitulum x

Quamvis autem a prima institucione ordinis multi successu temporis defecerint: numquam tamen deus ordinem sacrum ex toto deseruit, numquam pene totaliter observanciam permisit. Semper enim inveniebantur adhuc, qui ad sinceritatem regule ambulabant. Nam per annos ferme ducentos ordo in magna sanctitate perduravit: quousque curiositas expulit a monachis simplicitatem. Et quidem collapso in multis ordini deus omnipotens misericorditer subvenit: atque diversis temporibus bonorum virorum studiis magnifice reformavit. Surrexerunt enim viri misericordie quorum iusticie oblivioni non tradentur. Qui ordinis tanti calamitatibus compacientes summa cura subvenerunt: et quantum eis desuper erat concessum regularem observanciam restaurarunt. Affuit quoque in reformacionibus clementissima semper divina benignitas: per quam pristinus ordinis decor valde refloruit. Unde multi sanctissimi patres in ordine instaurato diversis temporibus postea claruerunt. E quibus Berno vir integerrime conversacionis ordinem in cluniacensi monasterio gloriose restauravit. Huic multi religiosissimi viri successerunt: qui locum ornaverunt et gentem: de quibus non est modo dicendum per singula. Deus dedit vir valde venerabilis abbas ~~cassinensis~~ cassinensis multa cenobia monachorum suis temporibus ad puritatem ordinis reformavit. Temporibus quoque invictissimi Karoli magni sanctissimi principis facta est reformacio ordinis generalis in alemania maxime et toto eius imperio. Aliis quoque diversis temporibus ordo in multis locis reformatus fuit: utputa in monasterio fuldensi, ubi multis annis maxima viguit devocio monachorum. In hirsau sub abbate wilhelmo venerendissimo viro. anno domini Millesimo Centesimo. que reformacio ad multa cenobia fuit diffusa. In hirsfelt etiam specialis reformacio annis pluribus viguit: cuius se norma ad multa monasteria dilatavit. In aliis quoque monasteriis quam pluribus magna olim reformacio variis temporibus incepta est: que non paucis annis perduravit. Sed nullam numquam reformacionem post ruinam prime institucionis generalem factam invenimus. Legimus quidem particulares reformaciones fuisse plurimas monasteriorum unius provincie aut regni. sicut illa fuit que in monasterio vivariensi inchoata tandem per multa cenobia dilatata castellanensium nomine ad tempus non modicum perdurabat:

mellicensium quorum tamen adhuc in certis monasteriis pluribus
certa monimenta conspicimus et sunt qui sint huius fideles · quorum nobis
iam noticia non est In hiis tamen reformacionibus pietas dei
magna conspicitur · et a nobis merito continuis laudibus predicatur ·
qui ordinem in finem non deserit · sed tam crebris restauracionibus
visitavit Cum olim filiis israel qui temporibus iudicum peccantibus et
suis demeritis aliquociens castigans · semper miseratus pro-
uidit salvatorem · ipse etiam ordinem sancti benedicti patris nostri to-
ciens collapsum · post diutinam calamitatem misericorditer intuens
ad pristinam libertatem spiritus dignatur reducere Et qui defficien-
tibus iudicibus collidatur · surgentibus denuo restauratur

De reformacione ordinis per concilia generalia et sum-
mos pontifices facta · Capitulum v

a Attendentes autem summi pontifices sacratissimi ordinis
ruinam · et ad memoriam revocantes quantos hec
vinea uberrima olim domino fructus protulerit suavi-
tatis · magno compassionis merore afficiebantur ·
quod tanta in eo deformitas succrevisset · et morum bonorum
oblivio Multi igitur ex eis pro reformacione ordinis varia
statuta condiderunt · sperantes etiam rebelles monachos per
censuram ecclesiasticam ad eorum observanciam compelli · sicut patet
in diversis sanccionibus quas statuerunt · quia quem amor non
allicit timor iusta racione compellit Ut autem quemadmodum sta-
tuta ab omnibus prelatorum vigilancia observarentur · innocencius
papa tercius · clemens quintus · et benedictus duodecimus · capitulum
provinciale monachorum de triennio in triennium celebrandum
instituerunt · in quo diligens tractatus de observancia regulari
haberetur · quemadmodum in eisdem constitucionibus adhuc clarissime
cernitur Postmodum etiam generalium conciliorum constanciensis
et basiliensis patres · plura ad ordinis nostri utilitatem pro ma-
guntina et ceteras alemanie presertim provincias constitue-
runt Anno siquidem dominice incarnacionis Millesimo Quadrin-
gentesimo septimodecimo · universi abbates nostri ordinis
per provinciam maguntinam et diocesim bambergensem auctori-
tate concilii constanciensis convocati et citati capitulum provinciale
celebrarunt apud constanciam in monasterio petridomus
die ultima februarii et sequentibus · in quo magna de

reformacione ordinis consultacio habebatur. Sed his diu perseuerantibus
tepuit assumpta religio. Nam soluto concilio maior pars in
pristina deformacione relabitur. Similia quoque in concilio basiliensi
inter zelosos abbates eiusdem synodi auctoritate tractabantur:
sicut patet contra bulla super reformacione ordinis a concilio patribus
anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo nono in
nurenberga capitulum celebrantibus transmissa continetur. Sed et felicis
recordacionis dominus nicolaus de chusa sacrosancte ecclesie roma-
ne cardinalis et apostolice sedis per alemaniam legatus ad reforma-
tionem ordinis nostri multum laborauit multaque perfecit. Anno
siquidem Millesimo quadringentesimo ac quinquagesimo
xviij primo .ij die mensis maij patres de ordine celebrauerunt capitulum
prouinciale apud sanctum stephanum in herbipoli. in quo idem cardi-
nalis presens fuit. ac summam missam solempniter cantauit post
cuius finem ante summum altare ab omnibus prelatis nostris presentibus
et absentium procuratoribus promissionis manuum astipulacionem
accepit: quod omnes qui per maguntinam prouinciam nondum essent re-
formati infra anni spacium sub pena amissionis omnium priuile-
giorum reformacioni colla submitterent. Ad huius rei execucionem
visitatores constituit: qui singulos ad meliora compellerent
sed proh dolor praua consuetudo multos seduxit: et in pristina deformi-
tate usque in hodiernum diem delusit. Capitulum · xi

De capitulis prouincialibus et visitacionibus monachorum

Anno dominice incarnacionis Millesimo ducentesimo
quintodecimo Innocentius papa tercius in magno latera-
nensi concilio generali mille trecentorum patrum constituit quod
in singulis regnis siue prouinciis de triennio in
triennium ordinis nostri fieret capitulum generale. in quo de refor-
macione ordinis ageretur. ut patet c. In singulis. de statu
monachorum. Anno denique domini Millesimo trecentesimo decimo
Clemens papa quintus romane et vniuersali ecclesie presedit:
qui concilio viennensi celebrato de celebrando capitulo prouinciali
et de visitacionibus faciendis varia statuta edidit: ut patet
co ii. Ne in agro. in cle. circa finem. Benedictus quoque papa
duodecimus qui presedit ecclesie anno domini ·1337 de eadem re
multa edidit que in extrauagante continentur. Idem etiam et
Honorius papa tercius. qui claruit in pontificatu anno domini

Millesimo ducentesimo vicesimo octavo de visitacionibus monachorum
multa utilia statuerunt: que in successu temporis sine practica viluerunt.
Nam ante concilium constanciense quod celebrabatur anno domini MCCCCXV
capitula provincialia ordinis in provincia maguntina defecerunt:
visitaciones nulle ibi habebantur in usu: unde gravem ordo
iacturam sustinuit. Sed concilio autem celebracio capitulorum provincia
lium denuo restaurata est: et visitaciones monasteriorum utiliter
institute. Sicut inde agitur in provincia nostra maguntina in diocesi
bambergensi. treverensi ac coloniensi et provinciis capitula
usque in hanc nostram etatem stabilia constituta prius celebrantur. Sed
multi adhuc contra suis deformitatibus perseverant: quos nec capitula
emollire potuerunt nec que cardinali prestiterunt iuramenta.
In multis enim christianitatis partibus capitula provincialia non
fiunt: nec visitaciones habentur in usu. Sed ista tollentes
ad propositum revertamur.

De ultima reformacione bursfeldensium Capitulum xij

Eo pene tempore quo concilium generale terminabatur in constancia post
longos multosque super reformacione ordinis tractatus. refloruit
sacra benedicti religio noviter denuo reformata: que indies
valde convaluit et in longinquas regiones adhuc hodie diffunditur.
Haec autem novissima reformacio incepit in quodam monasterio in saxonia
quod bursfeldia dicitur: a quo etiam bursfeldensis nominatur. Mirabile
quidem huius reformacionis exordium: cuius si adesset facultas seriem
posteris omnimode cuperet scripto reserare. Sed nos de exequimur huius temporis
compositum: eo quod de historia adhuc multa restant inquirere.
De observancia bursfeldensium secundum sequentes incepto: hanc
totis viribus nostris amplectamur. ut sanctam. ut veram. ut regule sancti
benedicti penitus conformem: quam nemo diligit nisi bonus. nemo persequitur
nisi deceptus: in qua ad puritatem regule secure vivitur: quam deus
plantavit et rigat: quam diabolus cum suis satellitibus pro posse per
sequitur. Haec est que divinum officium in nostris temporibus neglectum
diu reparat: obedienciam docet. abdicacionem proprietatis suis cultoribus
indicit. diligit castitatem. Haec est scola humilitatis. doctrix
sapientie. virtutis exemplum. norma discipline. Haec est que monasticam
vitam illustratam commendat divinitus. mores sacros instruit.
amat pacem. concordiam diligit. conservat unitatem. Haec est que vicia
fugat. carnem castigat. ieiunium servat. abstinenciam colit:
pauperes pro posse large sustentat. O sancta conversacio in qua

caritas imperat · subiectio humilis obtemperat : obedientia pugnat : castitas
miris odoribus redolet · oratio vigilat · perseverantia sancta triumphat
Felix qui tu auctor verus existit : qui sine interpretatione tue precepta
custodit : qui carnem macerat · vicia domat · virtutes amplectitur ·
discretionem non deserit · ordinat caritatem. Hec itaque sancta reformacio per
galileam constanciensem non diu suscepit exordium : et in tantum excrevit ut
cenobiorum reformatorum iam numerus copiosus habeatur. Multi etenim prin-
cipes · inter quos spiritualium secularium pontifices hac sincera unione in deo
convenientes · cum magno caritatis desiderio cenobia nostri ordinis in suis
terminis posita reformacioni submiserunt. Sunt autem plura monasteria
que ad ultimam paupertatem per monachorum insolenciam detrusa · in temporalibus de-
fectus subsidium reformacionis gaudent introitu. Quorum satis mire Nam
qui spiritualia negligit : bona temporalia merito amittit. Et quos prospera in superbia
erigit : defectus aut contrariorum ictu ad humilitatem reducat. Ad oculum
videmus quod diximus : quamvis interdum parabola fallat. Sunt monachi
regulari observancie rebelles atque contrarii · in vita sepe angustia
vivunt : monasteria destruunt · in continua egestate consumuntur. Quod
causa mortiferam faciat non pena : quod ipsam parant adversum virtutis
decore privabitur. Nos enim propter deum adversa sustinemus : sed propter voluntatis
insolentissime libertatem. Sed transeamus hec : nimis iam importuna
sermonibus Tuas demum scribebat laudes sacra unio canam. Tu
deum famulatu continuo colis · in spiritualia preferens caducis : tu ad
puritatem regule sacre quantum est hoc tempore infirmis possibile cressus
nostros dirigis : tu vanas mundi pompas devota contempnis : iusti-
ciam diligis amplecteris veritatem. Et quia ~~deo~~ deo altissimo in sin-
ceritate conscientie famularis : idcirco benedixit te ~~[illegible]~~ in bene-
diccionibus suis : ut quanto in observancia regulari fervens amplius :
tanto habundancius ab hiis que necessariis temporalium cumuleris. Cave
tamen ne tibi securitas prius et ocium : materiam prebeant delin-
quendi. Intuere pristinas reformaciones · fervores antiquorum
exordia metire : et teque prioribus si negligas et timeres olim quia
de lucernis compara : quibus si defecit oleum cito extinguitur.
Multe olim ut supra diximus · ordinis reformaciones diversis temporibus
viguerunt : de quibus nec hodie aliquid invenitur in vita monachorum
vestigium fervoris devocionis ex tempore consumitur : nisi providentie
fomentis continue renovetur. Dicam ergo vero perseverancia quod
dicendum o mater fructifera? Perhibis ne tu tempore more cete-
rarum? Quamdiu credam subsistes? Non sum propheta :

et nulla in de futuris eventibus relinquat cogitacio ~~Annis ferme~~
~~quinquaginta~~ Sed cum ex preteritis plerumque futura metiamur: le-
tetur in paululum spei mee anchoram in altum elevare. Annis
ferme quinquaginta nunc iam reformacio viguit: adeo fortis
in pluribus sicut ab inicio ferviebat in paucis. Deinde quam infirmos
semper habeamus nobiscum: quibus fortiorum industria comprobetur.
Non enim omnes volumus ociosos: ut de singulorum delectio gratis(?)
Quod paucorum infirmitas: virtutes aliorum non minuit. Deo
sed et in magnam reformacionis nostre perseveranciam pollicentur
vendicat annale capitulum: et visitacio monasteriorum. Unum istorum si tollas:
reformacio citius peribit. Si opponas: veteres quod in visitacionibus
habuisse capitula et nichilominus defecisse: magnum nobis labe-
rintum ne putes aptum. Bene quidem inceperunt. ad tempus capitula
celebrabant: sed defuit illis perseverancia inceptorum. De nostris
autem preterita rememorari possumus: nequaquam futura predi-
care. Replicamus predicta. si tollatur annale capitulum: si visitaciones
monasteriorum fuerint intermisse: reformacio breviter ut ce-
tere conspiravit(?) Ad vos nunc igitur venerandi patres convertor:
vos qui nobis ~~comparare~~ existere succeditis rectores et pastores. fratrum or-
dinem et disciplinam. mores nostros ad normam reformacionis serva-
te. adversitate(?) [illegible] fugite. fratrum caritate. Annale capitulum et visita-
cionis conservate officium in robore conservatis: ut quod duo oculi faciunt
in capite: hoc agant hec bina in reformacione. Si oculos de capite
videntis eruas: hominem cecum reddis atque deformem: capitulum et visita-
tores si deponas reformacionem in nichilum redegisti. Vetere optimas.
veterum instituta fratrum: hec duo nolite deponere: si reformacionem
sanctissimam cupitis inviolabilem perdurare. Cum vereor ne
post reverendissimorum patrum decessum qui zelo habent disciplinam
et reformacionem magnifice dilatarunt: iuventus querat nova
gaudia: statuta negligat: reformacionem contempnat. Tempore cum
et fratres surgent [illegible] qui tales erunt nunc [illegible] audire fuerint:
qui reformacionem sanctam habebunt exosam. nomine originale destas-
tabuntur: confundent unitatem. Huius sunt quos reformacio humiles
fecit excelsos: levatos de stercore posuit in sublimi: ditavit
pauperes miseros fecit gloriosos. Ve tibi qui tantorum beneficiorum
immemor: matrem tuam te glorificantem contempnis. Et nunc in ad-
iutorio altissimi confidentes deum patribus sedulis exoremus: ut ad
laudem nominis sui. hanc de qua loquimur vineam religionis no-
viter instauratam solita benignitate conservare dignetur: et ab
omnibus adversariorum conservare malicia

De persecucione huius sancte reformacionis et odio perversorum. Capitulum tercium decimum

Moribus bonorum pravitas invidencium emulorum ab inicio semper
adversatur. quia se tutam non estimat nisi laudem innocencium
dente perverso corrumpat. Unum namque hac nostra etate vere in diversis
ordinibus vigeant reformaciones. minorum. predicatorum.
regularium que nulla est. que invidos emulorum dentes non senciat
contra. Reformatorum etenim vita semper displicuit deformatis: et
bonis viris malicia perversorum numquam pacem concessit. Unde non
miremur si nostre huius reformacionis plerosque paciamur infestos. Solet
enim bonos mores odire perversa condicio: quia sua innocencia computat:
si alios nocentes et noxios falso convincat. Sed apostolica nos conso-
lacio confortat qua dicitur. Omnes qui pie vivere cupiunt in Christo: perse-
cuciones paciuntur. Unde qui constancia teste de via domini viriliter ambulat:
latratus canum insipiencium non formidat. Videlis sed denique et
hominum tamen nostro [illegible] dignitate potiores: qui reformacionem nostram
Bursfeldensem magno favore prosequuntur. Unde odia perversorum
nostrorum: quibus displicet laudabile est. Sed iam nunc si libet
adversariorum argumenta desiciendo proponamus: et quanta brevi-
tate poterimus enervemus. Dic in bonorum [illegible] invide rerum.
quid est quod te in Bursfeldensi reformacione offendit. Genus an
species. Nomen an virtus. Vita an meritum. Si genus:
audi scripturam. Vos genus nostrum electum. Genus electum. Virgo
dei. Quod ergo deus elegit: quam temeritate contempnas. Nomen
eius genus [illegible] [illegible] seculi voluntate. Sed forsitan causaris
de [illegible] [illegible] quod contenuos somnias velud contemptos.
Si legem monachorum attendas: nulli nos facit faciliores in
iniuria. Non spernimus nobiles: quorum in genua virtutum mo-
ribus adornata relucent decentibus. Quibus se devote subicientibus
sine difficultate huius regula patet: quam nos ingratum non licet
retinere. Sed habet nostrorum claros amica huius alti progenie
nies: quam Benedicti norma vivendi abhorret. Prefert
regula mores non genus. Ipso ut monachum decet humilis. ma-
suetus. obediens. et morum lenitate decorus: et huius nobilitas
iure commendabitur. Si species displicet: dum audi testante
Apoc(alipsi) species agri mecum est. In odore huius agri omnium unguenta
invenies sed infinita ornantibus. Sed bonos fugit aranea
venenata odores. Et quidem decet religiosos moribus perversorum
subsistere contrariis. Nomen si displicet: stolidus es: qui
regum maiestate obmissa de nominis vocabulo altercaris. Denique

inficit ulterius me nomine bursfelden tantopere detestaris. Putasne
virtutem consistere in nomine aut vicia? Cum humile nomine offendit:
non ledit nisi superbos. Porro clarum sequuntur detestantur. ~~bursfelden~~
~~[illegible]~~ Si vero non virtutes in
nomine habere contendis sed vicia. bursfelden sine causa indignaris
~~virtus~~ non enim displicet nisi viciosis. qua si offenderis te nudum
a virtute testaris. Vnitas non displicet nisi gravia. Tu ergo
si vitam fratrum monachorum huius sacrate unionis reprehendis:
tibi graviam esse palam fateris. Quod autem non lateat sub umbra.
iudicaberis inuidus testimonio evidenti. quia monachorum sancta
exercicia corrodis. ieiunia impugnas. disciplinam et mores.
simplicitatem iudicas. blasphemas unitatem. Quod si meritis
inuides. graciam dei oppugnas: quia merita largitur et pre
mia. Nec curant veri monachi verba detractorum: qui conscientie sue
testimonia non ab extra sed intus requirunt. Antiquum pro exemplo
neminem velint obire scandalizat. Quia veritas scandalo
preteritam [illegible]. Proponenda est. Crescit sub umbra apostolica
culminis hec unio reformata. et ideo non metuit odia detractorum

De approbacione ordinis ab inicio et eciam ultime reforma-cionis Capitulum quartum decimum

Certum summi pontifices et concilia generalia que universalem
representarunt ecclesiam hunc ordinem sacrum divi patris
nostri benedicti ab inicio approbarunt: et magnis donatum
privilegiis inter ordines ceteros et concedunt principatum:
quippe qui et tempore et sanctorum meritis sibi omnibus prestat. Ad
cuius confirmacionem evidentissimum accedit: quod multi prestantissimi
romani aliarumque ecclesiarum presules de hoc ordine noscuntur fuisse
electi. de quibus in sequentibus adiuvante deo sermo habitus erit
sermone. Succedente sed tempore aliqualem in plerisque locis ordinis
sacri ruinam. nova reformacionem diuinitus incepta summi pontifices
approbarunt: et maximis eam cumularunt favoribus: gratum deo potuerunt
deo iudicantes si quod in laudem benedicti ordinis fecissent: Preclarissimo
olim non dubitaverunt ornatu luminibus. Quod et hac sed novissimam
reformacionem sub aliis apostolice protectionis suscipientes confirma-
runt: et non spernendis decorauerunt insigniis: quemadmodum
ex variis possem deducere privilegiis. quorum causis hac vice
innovandum non est. Statuta nostra et annalium capitulorum et statuenda
per conservacionem reformacionis ratificantes ad monachorum obser-
uanda approbata decreuimus. Nemo igitur quoniam quidem NB

religiosorum instauracionem conservata despiciat: quorum conversaciones
et conversaciones ignorat. Nemo quod currere non potest bene currentes iudicet.
nemo agilis non currentes contempnat. Nos eciam dicta possumus dicere
omnes: et bonum quod non possumus: ut alios posse gratulemur.
Etenim deus bona que inspiravit remunerat voluntatem
Contemptus autem ignominiam parit

Exhortacio conclusiva finalis capitulum quindecimum

Iam nunc igitur fratres dilectissimi vocacionem vestram diligenter
attendite: et ad quod sitis vocati. sedula intencione pensate.
Vocavit enim nos deus in sanctificacionem: ut simus sinceris
virtutum decorati ornatibus. obediencia. paupertate et castitate
Hec est ~~enim~~ via trium dierum per quam a domino de egipto huius seculi
vocamur: ut in deserto monastice solitudinis sacrificantes libera-
tori nostro ~~vocato~~ vota reddamus que vovimus. Hic est funiculus
triplex qui difficile rumpitur: quo caro ligata monachi
spiritui subiciatur. Hec tria si conservaverit sorte tua. si perfecte custo-
diatur a monachis. patracio eius in conspectu presentatur altissimi
Memores semper esse debemus patrum venerabilium qui nos in hoc
sacratissimo ordine precesserunt. ut magno studio curare ut eorum
sanctis moribus inherentes. filii ipsorum veraciter dicamur et
simus. Nisi enim imitemur bona exempla sanctorum. frustra de pro-
fessione patrum gloriamur. In hac itaque peregrinacione positi
ad illam celestem patriam virtutum profectibus semper festinemus:
in qua legifer noster benedictus cum suis imitatoribus sine fine
letatur: in qua summa felicitas hic eam fideliter militantibus
donatur in premium. Nemo igitur posita ad stivam manu et
retro respiciat fratres: nemo graviter ipsum negligat: nemo
a sancto proposito monachali tepescat: quia sicut bene perse-
verantibus premia. ita negligentibus acerbissima tormenta
meritus reposita sunt. Deus autem omnipotens et meritis sanctissimi
patris nostri benedicti donet nobis in monastica conversacione ita
proficere: quatenus ab illius consorcio nunquam separemur
Amen. Explicit liber primus

Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo
secundo. tercio nonas aprilis

Copia

Incipit prologus iohīs spanhemensis abbatis in secundum
librū de illustribꝫ viris ordīs sancti benedicti

Qvm studia veterū ad imitacōēm sui animos
prouocent iuniorū· qui exemplis interdum
amplius afficiant ꝙ verbis: p9 finē primi
libri· ī quo auxiliante deo sicut ordīs diui
prīs nr̄i bndicti breuiter perscripsimus· se
cundo iā libro manū apponē festinemus: in quo
de scriptoribꝫ agendū est: qui ordinē suis scriptis atqꝫ doc
trinis decorantes· sanctam magnifice sustentarunt ecclīam
Hos aūt viros insignes de illo magno volumīe quod olim
ad dnm̄ iohannem epm̄ wormacien̄ edideram partim extraxi:
partimqꝫ ex eorū opusculis agnitos in hunc cathalogū comportaui
Quod nemo credat me omnī scriptorꝫ nr̄i ordīs fecisse men
cionē: qm̄ id conatibꝫ meis esset impossibile: sed eorum
duntaxat recordatus sū· quos ad manū habere potui: et de
quorū scriptis minime dubitaui Erāt enim et alij multi illus
trissimi viri quorꝫ memoria ī libro vite consignata creditur:
qui in ordīe nr̄o varia perscripserūt: quorū tamen ad meā noticiam
nō peruenerint ¶ Nec michi dabatur ociū diucius ꝗ deessent
perquirendi· exigentibꝫ opus quibꝫ dudum promiseram Quo
rundā eciā tpa precise ad nutū scire nō potui: quos tn̄ ut michi
visū fuerat conuenienciori loco deputaui Vnde lector oro ne
michi de errore succenseas· qm̄ nichil veritatis scienter ob
misi: falsitatis nichil inserui Omnes aūt quos recensui:
aut ex veterū historijs· aut certa ex proprijs opusculis
agnoui Nunc itaqꝫ narracionē dudum promissā inchoa
ntes· a sancto bndicto nr̄i ordīs clarissīo pn̄cipe sapiencie
sumamus exordium ¶ Explicit prologus

Incipit liber secundus de illustribus viris ordinis sancti
benedicti· tractans de scriptoribus eiusdem

Benedictus igitur pn̄ceps monachorū et regularis
vite institutor patria nursensis· genitus pre
prouido comite nursie· Vir sanctissime conuersacionis·
spū prophecie illustris· cuius vitā inclitā beatus
papa gregorius ornato stilo descripsit· ordinem
sacrū in monte cassino primus incepit anno
dn̄ice natiuitatis quingentesimo octauo· ubi

multitudinem monachorum zelo parvam collegerit. ordinem monasterii quam naciones magnifice dilataverunt. quemadmodum in exordio primi libri de scriptoribus diximus. Hic scripsit regulam monachorum. discrecione precipuam. sermone luculentam: sub qua nos deo militare gaudemus. Fertur etiam quasdam scripsisse epistolas: de quibus certi nichil possum asserere. Vidi autem sub eius nomine ad sanctum remigium episcopum remorum brevem quandam epistolam: sed ut michi videtur ~~laudabilis~~ laudibus sancti benedicti congruere: ceterorum nichil pravitatis in ea potuerim invenire. Moritur autem sanctus benedictus Anno domini quingentesimo quadragesimo secundo. etatis sue lxij.

Faustus monachus et discipulus sanctissimi patris nostri benedicti. vir moribus et vita insignis et scripturis divinis studiosus et diligens fuit. Hic septennis beato benedicto a parentibus monasticis disciplinis erudiendus traditur: a quo in timore domini instructus. regularis discipline zelosus amator effectus est. Cum quo beato mauro in andegaviam missus fundato ibidem cenobio inter monachos vivus multis annis deo in eodem militavit. donec post obitum mauri ad cenobium cassinense reverteretur: et vitam eiusdem patris sancti elegantissime descripsit: ac bonifacio pape obtulit approbandam. Quod et factum est. Claruit tempore sancti benedicti et post eum annis multis. domini. 560.

Cassiodorus theodorici regis italie quondam cancellarius ac ravennate urbis senator. Vir in secularibus scripturis eruditissimus. philosophus et rethor insignis. Cum sancti patris nostri benedicti famam et religionem audisset. divino inspiratus amore seculum contempsit: et in uno cenobiorum eius monachus efficitur. In quo omnipotenti deo ex toto corde servire cupiens ad studium sacrarum scripturarum se totum contulit: in quibus adeo profecit. ut nullum suo tempore haberet equalem: in quo utriusque scientie tanta reluceret erudicio. Testantur hoc multa preclara ab eo scripta opuscula: de quibus ego ad presens tantum reperi subiecta. Opus commentariorum egregium in toto psalterio. li. j. De racione anime. li. j. Historiam quoque tripartitam comportavit. li. xij. In cantica canticorum. li. j. De institucione divinarum leccionum. li. ij. De grammatica. De dialectica De rethorica De philosophia De mathematica De geometria De astronomia De musica Epistolarum ad diversos cum adhuc cancellarius esset. li. xxviij. Ethymologiarum. li. j

De scematibus li. i. Memoriale diuinarum scripturarum li. i. In epistolas
pauli breues complexiones li. xiiii. In actus apostolorum quoque li. i. In
apocalypsim similiter li. i. Cathalogum consulum romanorum li. i. Alia
quoque multa edidit que ad noticiam meam non venerunt. Hic cresce-
ntibus meritis omnium electione fratrum abbas factus multis annis
cenobio prefuit: et nonagesimum etatis annum excessit: qua
cum esset nonaginta[illegible] annorum precatu fratrum suorum scripsit librum "ttiu
de orthographia. unus regulas de duodecim nominibus grama-
ticis collegit. Claruit autem circa annum domini quingentesimum lx.
Dionisius abbas romanus cognomento exiguus vir in
diuinis scripturis valde eruditus. et in secularibus
litteris omnium fama peritissimus calculator et geometer
in scientiis. greco et latino decorus eloquio: magne
doctrine sue auctoritatem obtinuit apud veteres. Edidit non
contempnende lectionis opuscula. [illegible] de quibus pauca
ad meam noticiam peruenerunt. De racione cicli paschalis li. i.
Ciclum insuper paschalem edidit. Epistolas etiam non nullas ad
diuersos. Transtulit de greco in latinum librum protherii
alexandrini ad leonem papam. Et librum gregorii nisseni
de conditione hominis. Et vitam pachomii abbatis de greca fecit
esse latinam. Incepit autem suum ciclum quinque ciclorum ab anno domini
quingentesimo tricesimo secundo. Claruit autem circa annos domini
quingentos quinquaginta.

Columbanus primus abbas luxouiensis cenobii natione
scotus. vir eximie sanctitatis et meriti. qui multos pro
christi amore labores sustinuit: cum adhuc adolescens
esset in diuinis scripturis adeo studendo profecit. ut
non contempnende utilitatis opuscula ediderit. E quibus extat
opus limato sermone insigne super toto psalterio li. i. De
ceteris que edidisse dicitur: nichil ad meam recolo peruenisse
noticiam. Fuit autem predicator verbi dei zelosus et egregius. qui
natale solum dulce relinquens peregrinus christi factus est. et
alemaniam galliam franciam burgundiamque penetrans multos
tam verbo quam exemplo ab iniquitate auertit. Huius vitam ionas
monachus et discipulus eius eleganti stilo descripsit. Claruit
temporibus iustini iunioris principis. Anno domini d. nonagesimo v. 494

Ionas monachus luxouiensis discipulus sancti columbani
abbatis et socius peregrinacionis ac laboris eius pro christo.
vir in diuinis scripturis magistri exemplo studiosus ingenio

acutus et sermone compositus: fertur quorundam sanctorum vitam
luculento prescripsisse eloquio. E quibus ego tantum reperi: Vitam sancti
Columbani abbatis sui li. i. Vitam sancti Attale monachi et discipuli
beati Columbani li. i. Vitam sancti ~~eustasii~~ Eustachii monachi et
discipuli Columbani li. i. Claruit sub Heraclio principe Anno
domini sexcentesimo tricesimo.

c Eugippius abbas, nomine cenobii non occurrit, vir in divinis
scripturis studiosissimus et librorum beati Augustini dili-
gentissimus indagator, ingenio subtilis et disertus
eloquio. Hortatu Ceudunas episcopi Neapolitani defloravit
ex omnibus libris Augustini codicem magne utilitatis ad Probam virginem
quem pro munere cuidam antistiti obtulit ecclesie Neapolitane.
Scripsit etiam vitam sancti Severini monachi li. i. Et regulam
vivendi monachis eiusdem sancti per modum exhortationis li. i.
Si quid amplius addidit, ad noticiam meam non pervenit. Claruit
teste Sigeberto Gemblacensi sub Tiberio Constantino imperatore
et Pelagio secundo pontifice. Anno domini quingentesimo octoge-
simo. quamquam alii dicunt ex anno .d. a Sigeberto recedendo.

d Gregorius papa primus ex monacho et abbate cenobii sancti
Andree apostoli in urbe quod ipse fundaverat: cuius vitam
Iohannes diaconus Romanus quatuor libris digessit. Vir
sanctissime conversationis, doctor in divinis scripturis eruditis-
simus, et in secularium literarum disciplinis valde peritus, philosophus et
rhetor insignis, ingenio subtilis, et mirabili venustate
disertus eloquio: cui conscribenda divinarum scripturarum spiritus
sanctus visibili apparens specie invisibiliter reseravit:
Scripsit inter preclara volumina de quibus subiecta feruntur:
Ad Leandrum episcopum Hispalensem commentariorum moralium in Iob
li. xxxv. opus profecto utile omnique laude dignissimum. In primam
et ultimam partem Ezechielis prophete omeliarum li. ii. Ad Marianum
episcopum xxii. omelias in evangeliis quibusdam. De cura pastorali
ad Iohannem episcopum Ravennatem li. ii. Dialogorum cum Petro
de sanctis li. iiii. quos regine Longobardorum destinavit
pro munere. De conflictu virtutum ac viciorum li. i. In Cantica
canticorum omelias iiii. In quatuor evangelia expositionem
brevem et succinctam, que raro invenitur, li. iiii. Rationale
divinorum officiorum li. i. Prohemiorum novi et veteris

etc.

quam vidi in anti-
quissima litera

testamenti . li . j . De sacramentis . li . j . De regulis viuendi anglis
nouiter conuersis ad augustinum eorum episcopum . li . j . Epistolarum ad diuersos
tot libros edidit : quot annis in pontificatu presedit : videlicet
tredecim et semis . Alia quoque multa opuscula edidit : que in vidia
emulorum igne combussit . sed in prophetas . de libris regum . in quinque
libris moysi . sicut in eius vita clarius scriptum inuenitur
Hic eciam beatissimus pontifex anthiphonarium dulci melodia
centonisauit . missale ordinauit et scolas cantorum in vrbe
roma constituit . Et alia multa laudabilia fecit . Clarunt in
papatu Anno domini sexcentesimo ,

Leander ex monacho nostri ordinis hispalensis episcopus natione " teste ysidoro
afer patria carthaginensis patre seueriano genitus .
beati pape gregorij singularis amicus a quo exposicionis
commentarios libri iob impetrauit . Vir fide et religione
et eloquencia ac scripturis diuinis studiosissimus . cuius predica-
cione et industria tota wesegothorum gens ab arriana impie-
tate ad fidem catholicam conuersa . Scripsit multos ac varios
tractatus in quibus doctrina et ingenium eius ostenditur . de quibus
ista feruntur . Aduersus hereticos . li . ij . Aduersus instituta
arrianorum . li . j . De virginitate ad sororem florenciam . li . j .
Oraciones quoque in psalmos secundum duplicem edicionem . De
baptismo ad sanctum gregorium papam . De contemptu mundi
ad fratrem . li . j . Epistolarum quoque ad diuersos . li . j . de laude quoque sacrificiorum
et alia plura nobis incognita . Claruit temporibus eiusdem
gregorij pape Anno domini quingentesimo . ac . xc .

Gregorius florentius ex monacho nostri ordinis thuro-
nensis archiepiscopus . Vir sanctus deo dilectus et habitu
venerabilis . in sacris scripturis exercitatus in sanctorum
gestis scrutandis studiosissimus fuit . hic magna
sanctitate beato pape gregorio innotuit . qui eciam limina sanctorum " ad
petri et pauli apostolorum romam venientem . et reuerenter suscepit
et vere sanctum agnouit . sicut in tercio huius opusculi libro
plenius deo auxiliante dicemus . Cum autem esset vir eruditus
scripsit aperto sermone plura opuscula : de quibus ego in-
vidi subiecta . Ecclesiasticam historiam . de gestis francorum
opus insigne . li . x . De laude sanctorum martirum . li . j . De
miraculis sancti iuliani martiris . li . j . de miraculis
sancti martini episcopi thuronensis . li . iiij . Vitam multorum
patrum . li . j . Et quedam alia edidit que necdum vidi . Claruit

eodem tempore quo Gregorius papa. Anno domini . d . xc.
// urbis Claudius classitane abbas et scripturis divinis studiosissimus et beato pape Gregorio magna familiaritate coniunctus, multa de quibusdam canticis canticorum, de prophetis, de libris regum, que loquente beato papa Gregorio audierat exponi: nec tamen ea Gregorius pre infirmitate corporis scripserat: ipse suo sensu dictavit, ne perirent, ut apto tempore emendacius dictarent. Que cum Gregorius comperisset valde in utilius permutata esse, ea studiosius recollegit et oportune correxit. Cetera que vero Claudius iste per se composuit, ad noticiam meam non pervenerunt. Claruit eodem tempore quo beatus Gregorius in papatu resedit. Anno domini . dc.

Hacdericus presbiter et monachus beati Gregorii pape capellanus quondam et singularis, ad libros eiusdem pontificis tanto flagrabat desiderio ut in eorum lectionibus versari summas estimaret delicias. Fuit enim in divinis scripturis boni preceptoris exemplo studiosissimus. Unde fertur nonnulla scripsisse opuscula in quibus ingenium eius eruditum ostenditur. Sed ego nichil eorum me recolo legisse. Extat volumen insigne quod ex commentariis eiusdem sancti pontificis in librum Iob et omnium multo labore defloravit ad imitationem Paterii qui de omnibus libris testimoniorum comportavit. Claruisse dicitur circa annos domini sexcentesimum tricesimum.

Martinus ex abbate Dumiensis cenobii episcopus Gallicie, ex orientis partibus navigans Galliciam venit, ibique ab arriana impietate quamplures populos Suevorum ad catholicam fidem, regulam fidei et sancte religionis eisdem constituit, ecclesias reformavit, cenobia condidit, ac pie institutionis precepta copiosa promulgavit. Scripsit inter alia ad Mironem regem de differentia quatuor virtutum li. i. Alia eciam opuscula eius adhuc nulla vidi. Claruit tempore sancti Benedicti iam senis, sub Theudemiro rege Suevorum et Iustiniano imperatore orientis. Circa annos domini quingentos quinquaginta.

Eutropius episcopus Valentiniane urbis ex abbate cenobii Sirbitani, vir divinis scripturis admodum eruditus et regularis discipline zelosus amator, ingenio clarus et fulgens eloquio scripsit

De baptizandis infantibus ad Licinianum Carthaginensem Spartarium episcopum li. i. Ad Petrum episcopum de correctione et regimine monachorum li. i. Epistolas ad diversos. Et alia mihi incognita. Claruit sub Mauricio imperatore Anno domini DC. decimo.

Iohannes ex monacho Gerundensis sanctus antistes, natione Gothus provincie Lusitanie, vir moribus et doctrina valde venerabilis fuit. Hic cum adolescens adhuc esset et amore discendi orientem peteret: apud Constantinopolim litteris tam grecis quam latinis septem annis vehementis studium impendit: quibus evolutis ad Hispanias doctus revertitur. Quem rex Leuvigildus arriana impietate fedatus cum ad errorem suum inflectere non posset per annos decem continuo dampnavit exilio: ubi pro fide Christi ab arrianis multas sustinuit iniurias. Tandem a domino inde liberatus monasterium condidit: in quo dispositum deo ex intentione deinceps finivit. Scripsit autem exhortatorium ad monachos li. i. Et cronicam temporum li. i. Et quedam alia que non vidi. Claruit temporibus Mauricii imperatoris Anno domini DC. X.

Cesarius ex abbate Lirinensis cenobii episcopus Arelatensis, vir sanctus et doctus et predicator egregius, eloquio suavis et dulcis et pulchra varietate distinctus, atque ad persuadendum satis ydoneus. Scripsit ad instructionem monachorum nonnulla opuscula, de quibus extant sermones seu omelie ad monachos Lirinenses XXII, sermo quorum tercius qui incipit Ad hunc monasterii locum, se nos beati patris nostri Benedicti imitatorem fatetur atque discipulum. Sic inquiens: Hic itaque carissimi cogitates et in hac actione desudantes, gloriosi et precari patris nostri Benedicti nos discipulos noverimus esse et filios. De ceteris que edidit ad meam notitiam nichil pervenit. Claruit anno domini sexcentesimo vicesimo. Cuius festum colitur octavodecimo kalendas februarii.

Adamanus presbyter et abbas cenobii quod est in insula Scotie [illegible], vir in divinis scripturis valde studiosus et eruditus, secularium litterarum non ignarus, ingenio cautus et dulcis eloquio, vita et moribus valde venerabilis, nostre magne opinione sanctitatis. Pater multorum milia monachorum fuit. Huius cum laude meminit Beda in quinto libro ecclesiastice historie gentis Anglorum. Hic cum vir doctus esset et undique peritus, scripsit de locis sanctis opus insigne li. i. Et alia nonnulla, presertim epistolas fide plenas composuit. Claruit anno domini incarnationis septingentesimo. XX.

Theodorus monachus cenobii sancti Gregorii in urbe a Vitel-
lio papa Canthuarien. in Anglia ordinatus episcopus, vir in divinis
scripturis valde eruditus et in statutis patrum studiosissimus.
Habita sinodo in Anglia multa ad utilitatem ecclesie constituit. De cuius
laudibus sanctissimisque laboribus Beda in quarto et quinto ecclesiastice
historie plurimam facit mentionem. Scripsit autem librum de penitentie
qualitate quem Gratianus compilator decretorum sepe allegat. Claruit
anno domini sexcentesimo sexagesimo quinto sub Vitelliano summo pontifice.

Benedictus abbas monasterii sanctorum Petri et Pauli in Anglia,
sub quo magistro Beda puer septem annorum a parentibus
traditur, vir in scripturis sanctis admodum studiosus et re-
gularis discipline strenuissimus gubernator, qui cum summe opinione
sanctitatis vitam excessit. Scripsit librum unum ad monachos quem
appellavit concordiam regularum, in quo multorum priorum regulas con-
tulit regule sancti patris Benedicti, ostendens quod illa a ceteris non dis-
cordet. Claruit anno domini dc.lxx.

Ceolfridus eiusdem cenobii abbas et Benedicti prefati in regi-
mine immediatus successor, sub quo Beda monachus
multa volumina scripsit, vir devotus et doctus. Fertur
nonnullas eruditione plenas scripsisse epistolas, de quibus
ego unam duntaxat legi quam in modum libelli ad regem Pictorum
de legittima ratione festi pasche consulentem valde utiliter scripsit,
in qua regem satisfaciens ad unitatem et concordiam ecclesie gentem
universam reduxit. Claruit anno domini ~~septem~~ septingentesimo.
Qui dum a Roma cum multis aliis de gente Anglorum reverteretur, ubi
Lingonas pervenit tactus infirmitate moritur anno etatis
sue lxxiiii, presbiteratus autem xlvii, Abbatie vero xxxv. ″ petri et pauli

Beda monachus et presbiter cenobii prefati sanctorum apostolorum
in Anglia, vir in divinis scripturis studiosissimus et valde
peritus, vita et moribus insignis, pars doctorum non mi-
nima fuit. Qui cum septem esset annorum, cenobio monasticis
imbuendus disciplinis a parentibus traditur, in quo sub abbatibus
Benedicto et Ceolfrido florens in timore dei magnifice profecit,
et in virum doctum sanctumque excrevit. Omne siquidem tempus vite
sue studio scripturarum impendit, quemadmodum de semetipso
fatetur in quadam indicatione suorum operum, quam testamentum
Bede plerique appellant. Numquam torpebat ocio, semper
scripsit, oravit aut legit, exceptis laudibus divinis quibus
cum fratribus interesse fervente amore consueverat. Valde
dilexit sanctas scripturas, ut vicia carnis facilius supera-

ret. Unde asserunt albanes nunquam acquieuit suscipere: ne curis
rei familiaris distentus. a speciosa rachelis amplexibus
se cogeretur elongare. Nam si abbas fuisset: indubie nunquam
tot edidisset volumina. Officium etenim cura requirit singulare.
Scripsit autem multa preclara opuscula: quorum auctoritas ab
ecclesia iam dudum cernitur approbata. De quibus subiecta feruntur.
In genesim li. iiii. In exodum li. i. In leuiticum li. i. In numeri li. i.
In deuteronomium li. i. In principium libri regum li. iii. Item xxx
questionum de libro regum li. i. De tabernaculo et vasis eius li. iiii.
De edificatione templi li. ii. In iosue li. i. In iudicum li. i.
In paralipomenon li. ii. In prouerbia salomonis li. iii. In
ecclesiasten li. i. In cantica canticorum li. viii. In cantica
canticorum ex dictis beati gregorii pape deflorauit li. i. In
psalterium li. i. In esdram et neemiam li. iii. In tobiam li. i.
In ysaiam prophetam li. ii. In ezechielem prophetam li. ii. In
danielem li. i. In duodecim minores prophetas li. xii. In euangelium
marci li. iiii. In euangelium luce li. vi. Omelias in
quedam euangelia secundum tempus li. ii. In epistolas pauli omnes
li. xiiii. In epistolas canonicas li. vii. In actus apostolorum li. ii.
In apocalipsim li. iii. De temporibus volumen minus li. i.
De temporibus aliud volumen maius li. ii. Ex sententiis
patrum comportauit volumen in modum pharetre in quo
nichil de suo posuit quod appellauit scintillarium li. i. De
gestis quorundam sanctorum li. i. Martirologium li. i. De passione
sancti felicis li. i. De vita sancti alberti episcopi li. i. Cronicam
abbatum sui monasterii li. ii. Ecclesiastice historie de gestis anglorum
li. v. Hymnorum diuerso metro li. i. Epigrammata heroicis versibus
li. i. De locis sanctis li. i. De christo et ecclesia li. ii. In ieremiam
distinctiones li. i. Distinctiones in librum iob li. i. Lectiones
veteris testamenti li. i. Lectiones etiam noui testamenti
li. ii. De orthographia li. i. De arithmetica li. i. De arte
poetica li. i. Epistolas quoque ad diuersos. Sermones et alios in scrip-
turis varios tractatus edidit: que ad notitiam meam non vene-
runt. Huius opuscula etiam adhuc eo viuente et quasi noua scri-
bente tante auctoritatis erant. ut ordinatione presulum
in ecclesiis publice legerentur. Unde factum est. ut eum in
omeliarum titulis " nuncupabant: qui titulus nunc libris " venerabilem
eius in tota anglia insertus etiam post mortem obtinuit: ne

" adhuc viuente sanctum appellare non auderet cum utique esset ad vitam
dam eternam materiam venerabilem.

virginea deinceps potuit deleri. Unde usque in hodiernum diem beda non
sanctus, quamvis sit, sed venerabilis nuncupatur: quia utroque indubie dignus
est appellari. Sed nichil refert quo titulo decoretur: cum sanctitas
eius in terra et in celo coruscetur. Quidam autem alias quam has somnio
similes huius tituli fingunt raciones: quidam ex epithaphio, alii
ex etate somniantes. Sed constat bedam eo anno fuisse:
quo in senium ultra senectute romam perrexit: quod eciam non fecisse
Moritur Rome, ubique sepelitur sub leone imperatore. Anno domini
septingentesimo xxxiii. Etatis autem sue lxx.

Egidius abbas nacione grecus, tam in divinis scrip-
turis quam in secularibus literis peritus, philosophus et medicus,
in signis poetarum clarissimus, metro excellens et
que prosa. Hunc nonnulli estimant sanctum illum fuisse abbatem, cuius
festum prima die mensis septembris colitur: quod an ita sit
non satis perspicuum habeo. Hoc autem scio, quod tempore et patria
in eo conveniunt: nec duo sub uno tempore in historiis huius nominis
monachi reperiuntur. Et verisimile est, quod solus Egidius ante
conversionem secularis philosophie studio deditus fuerit. Scripsit ad
metricum opus insigne: De pulsibus li. i. De venis li. i.
Et quedam alia amplius edidit: que ad noticiam meam non pervenerunt. Claruit
circa annum domini septingentesimum decimum.

Gregorius papa secundus, ex monacho nostri ordinis, patria
romanus, vir in divinis scripturis eruditissimus,
adeoque peritus et facundus ut facile convinceret omnes
male de catholica fide sencientes, ingenio subtilis,
eloquio disertus, moribus et vita omni fama celeberrimus
fuit. A quo sanctus bonifacius monachus et germanorum
apostolus in episcopum moguntinensis ecclesie ordinatus fuit. Scripsit
non parvipendende auctoritatis opuscula, de quibus ista feruntur:
Ad iustinianum imperatorem super quibusdam capitulis et questio-
nibus responsionum li. i. Ad synodicam Iohannis constantino-
politani antistitis li. i. Scripsit etiam fortiter contra leonem
imperatorem, qui a quodam perverso persuasus, nomine beser
seductus ymagines sanctorum ubique iusserat deponi. Quem
habita synodo ob hanc pertinaciam publice excommunicavit.
Epistolas etiam ad diversos multas edidit et quedam alia, que ad
manus nostras non venerunt. Claruit anno domini septin-
gentesimo xx.

Bonifacius maguntinensis ecclesie primus archiepiscopus natione anglicus
vir sanctissimus cum secularis quidem esset annorum in quodam cenobio
anglie nostri ordinis quod muschelle appellatur a parentibus
deo serviturus fuit oblatus. in quo per crescentibus meritis
presbiter consecratus. tantum scripturis divinis se impendit studium:
ut doctor clarissimus haberetur et esset. Tandem amore christi
et zelo animarum attactus cum licentia sui abbatis peregrinus factus predicans
verbum dei venit germaniam: ubi multos verbo et exemplo ad
fidem orthodoxam convertit. Cuius predicationis instantiam cum beatus
papa gregorius secundus eius cum fama per nuncios audisset. cum germa-
nis episcopum ordinavit apud moguntiam quem eius successor in archiepiscopum
sublimavit: sicut in vita eius legitur. quam willebaldus presbiter
presbiter ad lullum eius successorem claro descripsit eloquio.
(at) Scripsit beatus bonifacius vitam et gesta quorundam sanctorum que
sparsim habentur. Ad zachariam papam plures diversas epistolas
Et alias ad diversos que extant. Opus etiam metrico stilo in figure (cita)
de virtutibus et de viciis condidit. cum adhuc in monasterio studium litteris
impenderet. Et alia que nobis abscondit vetustas. Tandem in
frisia predicans verbum dei pro fide christi martirium passus est
cum aliis multis. Anno domini Septingentesimo quinquagesimo
quinto episcopatus sui anno xxxvi et in monasterio fulden. sepelitur.

Walafridus abbas monasterii sancti galli natione theuto-
nicus. vir in divinis scripturis eruditus et secularium
litterarum disciplinis suo tempore omnium opinione peritissimus.
rethor magnificus et poeta insignis ac monastice obser-
vancie gubernator quam strenuissimus. scripsit ad multorum edifi-
cationem vitam sancti galli abbatis dupliciter metrice videlicet et
prosaice li. ii. in quo opere ingenium suum acutum indicavit. Et
quedam alia que non vidi.

[margin: s. gallus fuit disci- / pulus columbani]

[margin: Scripsit de exp. librum de / rebus de exordiis et incrementis / quarundam observationibus / ecclesiasticarum rerum librum / prefato descript. In monasterio de / ... et ... et ... de ministris / ecclesie et ministeriis ipsorum / ...]

Alcwinus qui et albinus abbas monasterii sancti martini
extra urbem thuronensem de britannia oriundus karoli
imperatoris magni preceptor. apud quem in tanta
familiaritate acceptus est ut magister eius deliciosus
(dicetur) ~~diceretur~~. quo maxime docente ipse imperator omnes liberales ar-
tes didicit. Vir certe tam in divinis scripturis quam in artibus
secularis philosophie suo tempore omnium opinione doctissimus fuit. Hic
fuit in anglia bede venerabilis presbiteri quondam auditor. post
huius discessum cum tribus sociis venit in galliam. et in monasterio
fulden. aliquamdiu moratus. multos nostros monachos clarissi-
mos erudivit discipulos: inter quos habuit tunc haymone

postmodum episcopum, ysuardum et rabanum preceptorum qui in vertice magni erant
eius temporis. Tandem provisione karoli abbas sancti martini effectus
primum studium parisiense cooperantibus sociis primus imperatoris iussu
instituisse perhibetur. Scripsit autem multa et varia opuscula:
de quibus ista feruntur. In genesim li. i. Questiones quoque in genesim
li. i. In cantica canticorum li. i. Enchiridion in quibusdam psalmos
li. i. In ecclesiasten li. i. In epistolam pauli ad hebreos li. i. Item alia
in omnes epistolas pauli li. xiiii. In euangelium iohannis li. vi. Ad karolum
imperatorem de fide sancte trinitatis li. iii. Dialogus de sancta trinitate
li. i. Dentenarium li. i. Ad eulaliam virginem de natura et immor-
talitate anime li. i. Ad guidonem comitem de virtutibus et viciis
li. i. Ad discipulos suos dialogorum li. i. In apocalypsim iohannis
li. i. De adoptione filiorum dei li. i. Vitam sancti vedasti li. i.
Questiones de sancta trinitate li. i. De ecclesiasticis dogmatibus
li. i. Aliud quod prenotatur speculum prelatorum edidit li. i. De pro-
prietatibus nominum que deo adtribuuntur in scripturis li. i.
De artibus liberalibus li. vii. Epistolarum ad diversos li. i. Que raro
sibi inveniuntur. Alia quoque multa edidit: que ad noticiam meam
non venerunt. Claruit autem sub karoli temporibus in gallia
anno domini dcc. lxxx.

Iohannes erigena nacione scotus bede presbiteri discipulus et
albini collega, unus fundatorum gymnasii parisiensis, vir in
divinis scripturis eruditissimus et in secularibus literis magni-
fice doctus, greco et latino ad plenum instructus eloquio,
karoli imperatoris et lodowici eius filii satis familiaris
amicus. Scripsit non contempnende lectionis opuscula, de
quibus ista feruntur. In euangelium mathei li. i. De humanis off
officiis li. i. De nature divisione li. i. Rogatu karoli trans-
tulit libros beati dionisii areopagite: super quos commentariis
explanavit. Qui tandem martirio legitur coronatus. Claruit anno domini dccc.

Claudius monachus bede quondam auditor et albini sive alchu-
ini supra prefatorum collega, vir tam in sacra divina et humana
eruditus, greco et latino peritus eloquio. Scripsit varia
in scripturis opuscula, de quibus feruntur. In genesim. In exodum.
In numeros. In leviticum. In deuteronomium. In iosue. In iudicum.
In librum ruth. In euangelium mathei. Et multa alia nobis adhuc
incognita. Et nota quod quattuor monachi nostri ordinis venerabilis
bede discipuli post decessum magistri de anglia venerunt in
galliam ad karolum imperatorem, a quo propter eorundem excellentiam
doctrinam honorifice suscepti, aliquamdiu apud eum manserunt

tur valde eorum delectaretur alloquio. cuius iussu et munificentia
peregrini fratres gymnasium doctrina celebre instituerunt parisius
in quo literarum fructum uberrimum protulerunt. Trium nomina superius
ta posui. unum albinum scilicet et claudium. De quarto in dubio sum
et nescio certe quis fuerit. Quidam volunt rabanum fuisse. quem
certo constat natione fuisse alemannum. et eo tempore puerum
extitisse quo beda mortuus est. unde eius discipulus non
fuit sed ~~albini~~ albini per plures annos auditor. Claruit
autem hic claudius eodem tempore quo albinus. sed eo iunior. Anno
domini Octingentesimo

Usuardus monachus natione gallicus. vir in divinis
scripturis ad modum eruditus. et in secularibus literis ad
plenum instructus. ingenio subtilis et clarus eloquio.
in gestis sanctorum colligendis studiosissimus. iussu karoli
imperatoris. cui familiaris fuit. imitando eusebium cesariensem.
gesta et passiones sanctorum martirum et confessorum virginumque sanctarum
in unum comportavit. quod opus martirologium usuardi usque
in hunc diem perseverat et in multis ecclesiis legitur. De ceteris
opusculis si qua edidit adhuc nil reperi. Claruit sub
eodem karolo anno domini 780.

Paulus longobardus monachus cassinensis natione italus.
ante conversionem sancte aquilegiensis patriarchatus diaconus
et desiderii regis longobardorum familiaris secretarius
fuit. Hunc karolus imperator cum desiderio rege captivum
duxit in galliam quem propter ingenii excellentiam in honore magno
habuit: cuius doctrina et eloquentia plurimum consueverat delec-
tari. Tandem spiritu inspiratus divino. deserens mundum
cassinense monasterium ingreditur: et moribus et habitu mo-
nachum profitetur. Cumque vir esset doctissimus tam ante conversionem
quam post multa scripsit volumina: de quibus subiecta feruntur.
Gesta longobardorum. li. vi. Ad cronicam eutropii albatis ro-
gatu adelberge filie regis desiderii addidit duos libros. De
vita et miraculis sancti benedicti metrico stilo. li. i. Gesta ponti-
ficum metensis ecclesie. li. i. Vitam beati pape gregorii primi. li. i. metrice
Vita et miracula beati arnulphi episcopi metensis. li. i. Iussu
karoli ordinavit historias et legendas sanctorum. ad qualibet
festivitates pertinentes. Composuit insuper ymnos plures
vario metro. Ex quibus est ille saphico carmine de sancto iohanne
notissimus. Ut queant laxis resonare. Epistolas nichilominus multas
edidit ad diversos. Et alia plura. que ad noticiam meam non

venerit. Sunt qui dicant hunc paulum de cenobio cassinensi a karolo
propter sapientie doctrinam in galliam denuo revocatum. et multis conscriptis
voluminibus claruisse in quodam monasterio usque ad mortem perse-
verasse. Claruit eiusdem karoli imperatoris temporibus Anno domini dcc. xc.

Hincmarus monachus sancti dionisii parisiensis remensis
postmodum archiepiscopus. vir tam in divinis scripturis quam
in secularibus litteris valde peritus. ingenio acutus et clarus
eloquio. scripsit nonnulla commendanda opuscula: de quibus
ego tantum reperi Vitam sancti remigii remorum primi archiepiscopi
grande volumen. li. i. Epithomam quoque eiusdem operis li. i. Ad
ecclesiam ravenne sub persona karoli magni imperatoris li. i. Alia
que scripsit non sunt in cognita. Claruit sub karolo anno domini dcc. xc.

Haymo monachus fuldensis et hersfeldensis tercius abbas
ac postea halberstatensis episcopus albini discipulus quondam
et auditor. ad quem rabanus adhuc abbas libros composuit
de universo. vir in divinis scripturis eruditissimus. et in
secularium disciplinis valde peritus. cuius profunditatem ingenii
ostendunt infinita pene que scripsit opuscula que apud
veteres in magna reverencia habebantur. De quibus ego tantum
reperi subiecta. De sancta trinitate li. i. In ysaiam prophetam li. iii.
In ieremiam prophetam li. i. In ezechielem prophetam li. i. In danielem
li. i. In duodecim prophetas li. xii. Commentariorum in psalmos li. i.
In cantica canticorum li. i. In omnes epistolas pauli li. xiiii. In epistolas
canonicas li. vii. In apocalipsim iohannis li. i. De christianarum
rerum memoria li. i. De varietate librorum li. i. Omeliarum
in ewangelia plurimarum li. ii. que magnum volumen efficiunt.
Sermones etiam multos edidit et varios. Dicitur etiam scripsisse
in quinque libros moysi et in tota biblia fecisse commentarios: sed
in manus meas non venerunt. Nec removeat lector si aliquibus in
exemplaribus dubitatem nominis contra venerit. cum aliquando haymo.
aliquando heimo. aut hemmo scriptum sit: quia licet diversitas
linguagii nomina variet auctorum: unus tamen atque idem iste
est. secundum racionem veritatis sicut cum naciones theutonicas:
eius vocabula aliter renenses. aliter suevi bavarique pronun-
ciabant. Claruit temporibus karoli magni et lodowici filii
eius principum Anno domini dccc. xx.

Aldelmus abbas maldubensis in scocia episcopus postea
occidentalium saxonum. sub archiepiscopo canthuariensi
vir devotus et sanctus et in scripturis divinis eruditus.
atque in secularibus litteris peritissimus. prosa excellens

et carmine. Cum adhuc esset abbas iubente synodo gentis sue scrip-
sit librum adversus errorem britonum quod vel pascha suo tempore
tempore non celebrarent vel alia plura agerent contraria
paci et ecclesiastice consuetudini. quo tamen multos ad concordiam catholice
reduxit. Scripsit etiam opus prolixum metrice de virginitate
sanctorum li. ij. Et quasdam epistolas. Scripsit et alia nonnulla
beda teste in quibus ut pote vir undecumque doctissimus. nam et
sermone nitidus et scripturarum liberalium divinarumque erat
eruditione mirandus. Sedit in episcopatu annis dumtaxat
quatuor. quem strenue gubernavit. Claruit temporibus iustiniani
secundi imperatoris ~~constantinopolitani~~ constantinopolitani
Anno domini ~~[struck]~~ Septingentesimo

Hildewinus abbas monasterii sancti dionysii ~~parisiensis~~
parisiensis vir in divinis scripturis admodum eruditus
et in secularibus literis peritissimus. rethor et poeta
famosus. ingenio subtilis et disertus eloquio fertur nonnulla
scripsisse opuscula. in quibus se virum porro doctissimum ostendit.
quorum pauca ad notitiam meam pervenerunt. Reperi enim tantum
opus utroque stilo metri videlicet et prose insigne de vita
et miraculis sancti dionysii martyris quod scripsit ad
imperatorem ludowicum karoli magni filium li. ij. sub quo
et claruit Anno domini octingentesimo. quadragesimo

Wandelbertus diaconus et monachus prumiensis ut
accepi tenobij. vir in divinis scripturis doctus.
et in secularibus literis eruditissimus rethor et poeta
insignis clarus et nitidus eloquio. Scripsit roga-
te et iubente marcwardo abbate sancti goaris.
vitam eiusdem sancti in diocesi treverensi iuxta renum
quiescentis. li. j. Ad eundem abbatem de miraculis sancti goaris
suo tempore ostensis. li. j. Scripsit etiam metrice martiro-
logium. li. j. Et alia plura que ad notitiam meam non venerunt
Claruit sub lothario imperatore Anno domini octingentesimo. l ij

et diaconus
natione theutonicus

Radbodus episcopus traiecti inferioris. gisfacide et habitu
monachus etiam in episcopatu. vir doctus et sanctus. et
declamator sermonum egregius. ingenio subtilis et
disertus eloquio. scripsit vitam quorundam sanctorum
Scripsit etiam omelias et sermones egregios. li. j. De sancta
amalberga virgine thomos ij. Et quedam alia nobis incognita
Huius viri sanctissimi natale colitur. tertio kalendas de-
cembris. quia inter sanctos relatus est

Rabanus maurus siue magnencius ex abbate fuldensis
cenobij maguntinensis post bonifacium sextus archiepiscopus.
nacione francus. siue theutonicus albini abbatis
quondam auditor vir in diuinis scripturis eru-
ditissimus. et in omni doctrina secularium literarum valde
peritus philosophus et poeta nulli tempore suo infe-
rior. cum adhuc puer esset cenobio // traditur in quo tantum profecit
ut alemania sibi doctorem similem non haberet. deinde suc-
cedentibus doctrine meritis in abbatem omnium consensu fratrum
eligitur. in quo officio xxiiij annis presidens monasticam
disciplinam strenue gubernauit. et quartus in ordine abbas
fuit. Postea vero in archiepiscopum maguntinum consecratus octo
annis presedit in cathedra domini vacans continue et stu-
dio salutari. Scripsit adhuc in monasterio constitutus
pene infinita opuscula: in episcopatu vero pauciora. De quibus
omnibus ad meam noticiam tantum subiecta peruenerunt. Ad fre-
culphum episcopum In genesim li iiij In exodum li iiij In numeros
li iiij In leuiticum li vij In deuteronomium li iiij In
iosue li ij In iudicum li ij In ruth li j In regum li iiij
In paralipomenon li iiij In esdram et neemiam li iij
In tobiam li j In iudith li vij In hester li j In iob li j
In psalmos li j In prouerbia salomonis li j In ecclesi-
asten li j In cantica canticorum li j In librum sapientie li iij
In ecclesiasticum li xx In ysaiam prophetam li viij In ieremiam
prophetam li xx In ezechielem prophetam li xx In danielem li iij
In duodecim prophetas li xij In machabeorum li iij In euangelium
mathei li viij In euangelium marci li iij In euangelium
luce li iiij In euangelium iohannis li j In epistolas pauli li xx
In actus apostolorum li j In epistolas canonicas li vij In apocalipsim
iohannis li j Opus insigne et mirando poemate cum ad-
huc monachus esset ad modum iuuenis composuit de lau-
dibus sancte crucis li ij quos misit postmodum sergio
pape rome sancto petro offerendos. Ad haymonem episcopum
vniuerso de ~~diuersis~~ ad imitacionem ethymologiarum ysidori li xxij
vniuersali De vniuersali quoque natura li j Ad haistulphum quartum
maguntinum archiepiscopum de institucione clericorum li iij
De questionibus canonum ad heribertum episcopum li j Ad
regenbaldum de eadem re li j De benedictionibus patri-

archarium li. i. De diuinis officiis li. i. De composto valde ne-
cessarium et utilem li. i. Ad ludowicum regem li. i. Epistolarum
ad diuersos li. i. Sermones etiam et omelias plurimas.
Alia quoque multa scripsit: que ad noticiam meam non
venerunt. Moritur non sine magna opinione sancti-
tatis imperante Lothario. Anno domini dccc. lv.

Freculphus ex monacho nostri ordinis lexouiensis in
prouincia rothomagensi episcopus. ad quem rabanus
abbas fuldensis prefatus. quatuor libros in genesim
scripsit. vir in diuinis scripturis studiosissimus.
et in secularibus litteris valde peritus. composuit quedam
preclara opuscula: de quibus ista feruntur pauciora. A
condicione mundi usque ad sua tempora historiarum li. vii.
Questiones etiam et epistolas ad diuersos. Claruit eodem tempore
quo rabanus. Anno domini dccc xl. sed eo senior.

Theodolphus ex abbate floriacensis monasterii
episcopus aurelianensis. vir moribus et doctrina valde
venerabilis fertur non nulla edidisse opuscula.
sed michi eorum ad manus nostras usque memini
peruenisse. de quo legitur quod a ludowico imperatore nescio
ob quam suspicionem innocenter missus in carcerem: ymnum
edidit in honore saluatoris composuit quem ecclesia in die palmarum
canit videlicet Gloria laus et honor, quam cum presente principe in die palmarum
e turri cecinisset. tantum eidem placuit ut statim liberum
dimitteret. Claruit anno domini dccc. xl.

Strabus monachus fuldensis nacione theutonicus.
rabani mauri abbatis quondam auditor ac discipulus
illo dictante eiusdem notarius et scriba non deliciosus
illo dictante singula excepit. et diuinas scripturas
magistro explanante optime didicit. Unde etiam ipse varios
de scripturis sanctis tractatus et commentarios edidit videlicet In
genesim li. iiii. In exodum. In leuiticum. Et in multos alios biblie
libros. quorum commentario ad me nondum peruenit. Ceterum hic est
Strabus monachus qui fertur glosam ordinariam que magis-
tralis dicitur super totam bibliam ex scriptis patrum in unum
comportasse. opus ex effectu laboriosum. et amatoribus sacre
scripturarum valde utile. Claruit in monasterio fuldensi
sub rabano abbate adhuc viuens. Anno domini octingentesimo
iuuenis quadragesimo

Florus monachus cenobii sancti Trudonis, ut quibusdam
placet, vir in divinis scripturis valde studiosus et eruditus,
et librorum sancti doctoris Augustini amator precipuus. de
quibus sententias suo proposito convenientes excerpens
omnes epistolas beati Pauli apostoli ita mirifice exposuit ut dicas
Augustini opus procul dubio esse. Nihil enim de suo videtur inserere
Et hoc opus magne quantitatis codicem fecit. Alia quoque plura compo-
suisse dicitur: que ad notitiam meam non venerunt.

Amalarius monachus luxoviensis ac postea treverensis
archiepiscopus. in scripturis sanctis valde eruditus. et in
secularibus literis ad plenum instructus. vita et moribus
venerandus vir eloquentissimus ac tante sapientie ut
a karolo ad michaelem imperatorem constantinopolim
missus pacem inter eos ex industria reformavit. fertur nonnulla
scripsisse plena eruditionis opuscula. de quibus ego reperi tantum
De ecclesiasticis officiis li. i. De eadem re ad lodowicum regem
li. iiii. De misterio quoque misse li. i. Si quid amplius edidit: in manus
meas non pervenit. Claruit sub karolo et lodowico eius filio impera-
toribus. Anno domini octingentesimo. xxx.

Angelomus monachus luxoviensis in exponendis
scripturis sanctis vir docti et excellentis ingenii.
atque in artibus humanitatis nobiliter eruditus scripsit
nonnulla preclara opuscula: in quibus abundans vena
conspicitur de quibus ego tantum vidi subiecta. Libros
quatuor commentariorum in regum elegantissimos. quos fecit ro-
gatu drogonis episcopi metensis. qui fuit filius karoli imperatoris
Ad lotharium regem filium lodowici In cantica canticorum li. i. De
divinis officiis li. i. Claruit sub lodowico et lothario eius filio
principibus Anno dominice nativitatis octingentesimo. quadragesimo

Ansegisus abbas lobiensis. senonensis postmodum
archiepiscopus. vir undecumque peritus et regum sui temporis.
singularis ac necessarius amicus. ingenio cautus
et disertus eloquio scripsit quedam opuscula ad com-
munem utilitatem ecclesie. de quibus ego legi subiecta. Edicta
magni karoli regis ad ecclesiasticam legem pertinentia digessit
in li. ii. Statuta eiusdem ad legem mundanam pertinentia li. ii.
Edicta ecclesiastica lodowici regis li. ii. Eiusdem statuta ci-
vilia li. ii. De aliis opusculis eius adhuc nichil vidi. Claruit sub

lodowico

lodouico et lothario. Anno domini dccc. quadragesimo

Milo monachus cenobij sancti amandi. vir tam in diuinis scripturis quam in secularibus doctrinis eruditissimus apud carolum caluum magno existens in precio. opinionem sacre sue in regiones quoque diffudit longinquas. Fuit enim ingenio subtilis. eloquio disertus. musicus rethor et poeta insignis. qui carmine excellunt et prosa. Scripsit ad carolum caluum de sobrietate li. j. Vitam sancti amandi metrice li. j. De musica li. j. Et quedam alia. Claruit eiusdem caroli temporibus. Anno domini dccc. lxxx.

Hucbaldus monachus eluonensis cenobij natione theutonicus. peritia liberalium artium ita insignis. ut antiquis philosophis non haberetur inferior. musicus et poeta egregius. ingenio subtilis et disertus eloquio. Scripsit tam metro quam prosa multa preclara opuscula de quibus ego tantum reperi subiecta. Gesta sancti lebuini li. j. De musica li. j. Ad carolum caluum imperatorem scripsit librum trecentorum versuum in laudem ~~clauorum~~ // mirando poemate. [margin: // caluorum] cuius omnia verba incipiunt ab vna littera scilicet c. ut Carmina clarisone caluis cantate camene. Scripsit et vitas multorum sanctorum cantus eorum dulci ac regulari melodia composuit. Epistolas etiam edidit nonnullas ad diuersos et quedam alia. Claruit sub carolo caluo. Anno domini octingentesimo lxxx.

Almannus monachus altiuillarensis cenobij vir in [margin: l. adelmannus] scripturis sanctis ad modum eruditus et secularium literarum disciplinis sufficienter instructus. ingenio clarus et compositus eloquio. rethor et poeta insignis. Scripsit vitam sancti nicardi archiepiscopi remensis li. j. Vitam quoque sancti sindolphi li. j. Vitam sancte helene regine li. j. De translatione corporis eiusdem ad cenobium altiuillarense li. j. Et quia suo tempore francia vastabatur a nortmannis exemplo ieremie prophete desolationem francie et sui monasterij quadruplici deplanxit alphabeto. li. j. Alia quoque nonnulla edidisse dicitur que ad manus nostras minime venerunt. Sub carolo caluo. Anno. 880.

Adrevaldus qui et adelbertus monachus floriacensis vir doctus et suo tempore celebris opinionis. Scripsit ut fertur nonnulla opuscula. in quibus abundantiam vene sue ostendit. sed nichil eorum ad manus meas ~~minime~~ in peruenisse. Extat autem opusculum vnum in fine sub nomine eius de miraculis sancti patris nostri benedicti ab eo tempore quo corpus eius

dicebatur translatum ad floriacense monasterium per galliam ostendit
Et non quod gallici corpus eiusdem sanctissimi patris de monte cassino ad
se permanens aigulphi monachi dicunt esse translatum et in flo-
riacensi monasterio reconditum. quod multis nituntur probare
miraculis: e contra itali negant. ac sic corpus eius hodie ostendunt
non minoribus etiam fulti miraculis. quibus sic mutuo hodie con-
tendentibus adhuc sub iudice lis est. nisi quod romanus quidam
pontifex interpellatus a fratribus cassinensis monasterii. postquam
experimento mirabili didicit corpus sancti benedicti adhuc
in cassino monte haberi. inhibuit ne quisquam translatum temere
auderet asserere Et hac etiam de causa non translationis sed
commemorationis festum sancti benedicti quinto idus iulij solemniter
celebramus

Odo musicus. ex archicantore thuronensi
monachus cluniacensis et abbas. vir doctus et sanctus
remigii altisiodorensis monachi quondam auditor.
qui vivens et moriens multis dicitur claruisse miraculis. in
componendis declamandisque sermonibus excellentis ingenii fuit
Scripsit cronicam temporum li. j. Vitam sancti geraldi li. j.
De laudibus sancti martini episcopi thuronensis li. j. Sermones
et omelias plures et elegantes Composuit etiam ymnos et cantus
varios in honore sanctorum Et quedam alia Claruit sub ar-
nulpho imperatore Anno domini Nongentesimo

Remigius monachus altisiodorensis et postea ut ferunt
episcopus vir quidem in divinis scripturis eruditus. et
in secularibus litteris suo tempore omnium opinione peritissimus
Scripsit intra in secularibus scripturis. donatum et
veteres auctores exponendo: et in divinis voluminibus non minus
laborando edidit In cantica canticorum li. j. In canonem misse
li. j. De divinis officiis li. j. De singulis festivitatibus
sanctorum li. j. Ad episcopum eduorum de tribus questionibus li. j. Et alia multa
que ad noticiam meam non venerunt. Hic fuit preceptor domini odonis
postea abbatis cluniacensis et multorum clarissimorum virorum quos
in sciencia seculari vitaque divina instituit Claruit tem-
poribus karoli calvi imperatoris Anno domini. dccc. lxxx

Regino abbas primensis cenobii nacione theutonicus.
in divinis scripturis eruditus et in secularium litterarum
disciplinis valde peritus historiographus et insignis

insignis qui suo tempore inter alemannos doctor famosus habebatur. Scripsit iussu ratbodi archiepiscopi treverorum. De ecclesiastica disciplina et christiana religione decretorum li. ii. nongenta capitula habentes. Ad adelberonem episcopum metensem scripsit cronicam continentem precipue gesta francorum et alemannorum. a natiuitate christi usque ad annum domini nongentesimum octauum. Et quedam alia. Claruit sub arnulpho. Anno domini. nongentesimo.

Heiricus monachus, cuius nomine cenobii ea in noticiam non occurrit. vir quidem in scripturis diuinis eruditus et ueteris testamenti dinoscens secularium quoque litterarum non ignarus. carmine excellens et prosa. declamator egregius fuit. Scripsit metrico stilo uolumen insigne de vita et uirtutibus sancti germani altissiodorensis episcopi li. i. Omelias etiam et diuersos sermones composuit qui habentur. Et nonnulla alia: adhuc nobis incognita.

Paschasius ratbertus abbas corbeyensis vir undecumque doctissimus. greco et latino ad perfectum instructus eloquio. theologus insignis pro tempore omni laude celeberrimus. ingenio subtilis. sciencia preclarus sermone disertus. edidit non spernende auctoritatis opuscula: de quibus ego tantum reperi subiecta. Ad placidum abbatem. de sacramento altaris li. i. Vitam sancti adelhardi li. i. In trenos ieremie prophete li. i. Transtulit de greco in latinum quorundam vitas patrum sanctorum. Et alia. placidum

Ammonius monachus floriacensis cenobii vir in diuinis scripturis studiosus et disciplinis secularium litterarum competenter eruditus exemplo adrewaldi monachi prouocatus post eius discessum. historiam miraculorum sancti benedicti ubi ille dimiserat continuando compleuit. adiciens quam plurima que suis temporibus contigerunt. Alia que scripsit ad noticiam meam non venerunt

Rupertus abbas cassinensis cenobii vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus. ingenio et eloquio clarus. vita et moribus honestate spectabilis. et regularis discipline amator zelosus scripsit ad utilitatem et edificacionem fratrum valde elegantes sermones qui illo tempore studiose legebantur. Alia quoque nonnulla edidit: que tamen ad noticiam meam non venerunt

Folquinus abbas lobiensis in diuinis scripturis valde studiosus et doctus secularisque erudicionis non ignarus. ingenio promptus et clarus eloquio temporum cognitor et insignis. Scripsit petentibus fratribus. gesta abbatum lobiensium. in quo opere per digressionem multa inseruit. que alii

ex legentibus iocunda et utilia iudicatur Sermones etiam varios edidit
et omelias super evangelia dominicalia Et alia que ad me non venerunt

Ratherius monachus lobiensis episcopus veronensis vir mire
simplicitatis eo quod faveret bavaris bis episcopatu vero-
nensi pulsus bisque restitutus ac tandem episcopus leodien-
sis indeque pulsus scripsit varia sintagmata de quibus
ista feruntur Contra antropomorphitas li. i Agonisticon
seu preloquiorum li. vi Confessionum li. i Cum primo ab episcopatu
veronensi pelleretur scripsit librum in quo facetia satis urbani-
tate ~~depl~~ deplorat erumnas suas inter causas sive interserens
que possent legentibus placere et prodesse Postea ordinatus
episcopus leodiensis et ab ea pulsus scripsit librum quem prenotavit Fre-
nesim Scripsit alium quem nominavit inefficax ut sibi videbatur
garritus Item de corpore et sanguine domini et de predestinatione dei
li. i Vita sancti Ursmari lobiensis li. i Et alia plura que non
Claruit sub Henrico primo Anno domini dccccxx vidi

Windichildus monachus corbeyensis in saxonia na-
tione theutonicus vir doctus et eloquens in secula-
ribus litteris valde peritus et suo tempore fama famosus
scripsit nonnulla preclara opuscula de quibus extant sub-
iecta Historiam saxonum usque ad mortem ottonis primi li. iii
Alterno stilo vitam pauli primi heremite descripsit li. i
Metrice passionem tecle virginis li. i Scripsit etiam gesta et vitam
ottonis imperatoris primi ad filiam eius Alia insuper multa
edidit que ad notitiam meam non venerunt Huius tempore floruerunt
multi doctissimi viri in alemania in monasteriis maxime nostri
ordinis utpote in fulda corbeya hirsfeldia et ceteris sed
paucorum scripta ad memoriam nostram pervenerunt Claruit
autem Windichinus alias Windichildus temporibus otto-
nis secundi Anno domini Nongentesimo lxxv

Abbo floriacensis monasterii abbas vir sancte conver-
sationis et regularis discipline zelosus amator
in divinis scripturis doctus et in secularibus studiis
peritissimus monimenta quedam preclara ingenii
sui reliquit Scribens valde subtiliter et eleganter super
calculum victorii commentarios De ceteris que composuit
adhuc nichil reperi, Hic beatissimus vir tandem post multos
labores evangelizandi et predicandi in vasconia pro fide
christi martirio rubricatus celestia penetravit Claruit
sub ottone secundo Anno domini Nongentesimo lxxxv

Herigerus abbas lobiensis . cuius meminit frater berno
abbas augiensis in libro de aduentu domini ad aribonem
archiepiscopum maguntinum . vir studio quo vndecumque doctissimus :
diuinis et humanis scripturis eruditus . cuius scientia non sola
apud gallos nota erat sed etiam rome et per totam germaniam magno
habebatur in precio . scripsit multa preclara volumina de quibus ista
feruntur . Gesta pontificum leodiensium li. i. Metrico stilo vita sancti
vrsmari li. i. Dialogum sub persona sua et adelboldi episcopi quem
ad eundem rome sue existentem misit . de dissonantia ecclesie
et aduentu domini ad hugonem de quibusdam questionibus li. i.
De diuinis officijs li. i. Congessit etiam contra ratherium multa
catholicorum patrum scripta . de corpore et sanguine domini Alia quoque
plura edidit ad huc mihi incognita Clarruit sub ottone tercio ~~d~~
Anno domini d.ccc. lxxx

Adelboldus ex monacho lobiensi episcopus vltraiectensis ,
ad quem Herigerus romam de aduentu domini questiones
misit et librum . vir diuinis scripturis eruditissimus .
et in seculari doctrina multum peritus . ingenio cautus
sermone compositus . vita et conuersatione deuotus . Fertur plura
scripsisse opuscula : de quibus ego tantum reperi subiecta Vitam
sancti Heinrici imperatoris secundi li. i. Vel ut alij volunt primi
quia ottonis filii qui primi dicti sunt imperatores non ponuntur eo quod coronam
imperii de manu pape non susceperunt Scripsit etiam de laude
sancte crucis Et de laudibus sancte marie varia metrice compacta
et prosaice Et alia multa quorum nondum exemplaria vidi Clarruit
eiusdem heinrici temporibus Anno domini Millesimo

Radolphus monachus fuldensis . flauiacensis postmodum
ut quidam volunt . abbas . natione theutonicus . vir tante
doctrine et sapientie ut in tota germania suo tempore similem
non haberet . ad quem currebant viri docti et indocti . et
de abditis scripturarum ab eo informati recedebant Fuit enim
in diuinis scripturis eruditissimus et in omni scientia secularis philosophie
valde peritus . ut velut alter augustinus haberetur quod plane
creditur in eius tam ornatissimo eloquio . Scripsit opuscula
de quibus ego tantum vidi super leuiticum li. xx. quibus vix simile me
recolo legisse In epistolam pauli ad romanos li. i. Ad cronicam
eusebij additiones usque ad sua tempora composuit Dicitur
autem in multos biblie libros commentarios edidisse et sermones
aliosque diuersos tractatus atque epistolas : sed ad notitiam meam adhuc
minime venerunt Hic etiam fertur historiam francorum scripsisse post
gregorium

Osbertus monachus canthuariensis vir in omni literatura seculari
peritus et in diuinis scripturis admodum studiosus. mu-
sicus et rethor insignis reliquit quedam ingenij sui
monimenta clarissima de quibus ego adhuc tantum reperi De
musica arte li. i. Descripsit etiam vitam sancti dunstani
archiepiscopi li. i. Cantus etiam dulces et varios edidit et alia
que non vidi Claruit temporibus sancti henrici imperatoris Anno domini Millesimo

Cristianus qui et druthmarus monachus et presbiter
ab aquitania in galliam in cenobio corbeyensi aliquanto
tempore moratus tandem electione fratrum abbas eiusdem
constituitur Vir quidem in scripturis sanctis studiosus
et eruditus. obseruancie regularis amator precipuus Scrip-
sit petentibus fratribus grande volumen simplici et aperto
sermone in euangelium mathei li. i. Fertur etiam in reliquos euan-
gelistas scripsisse quemadmodum in prologo primi operis pro-
misit: sed ad manus meas non memini aliquid eorum peruenisse

Flawaldus monachus remensis in scripturis diuinis
eruditus et in secularibus literis ad perfectum instructus.
ingenio subtilis et disertus eloquio. edidit non con-
temnende lectionis opuscula. in quibus nomen suum
cum gloria transmisit ad posteros Scripsit etiam gesta remensium
pontificum. ordinatim narrans seriem a condicione eiusdem ciui-
tatis In quo opere plura de sanctis martiribus et aliis rebus in-
serit. quorum lectio studiosis perutilis et iocunda est Multorum quoque
sanctorum vitas et passiones claro sermone describit Et pleraque
alia adhuc michi incognita

Notkerus monachus sancti galli leodiensis postmodum
episcopus natione theutonicus. vir in diuinis scripturis valde
eruditus et in secularibus literis suo tempore omnium fama peri-
tissimus. musicus et poeta insignis: Scripsit metro et
prosa multa preclara opuscula. que subtile ingenium et pulchro
lepore ornatum stilum declarant Sed pauca eorum ad noticiam
meam peruenerunt videlicet De musicis notis et symphoniarum modis
li. i. Ad salomonem discipulum de expositoribus sacre scripture
li. i. Scripsit etiam epistolas multas et diuersos sermones Edidit
ymnos carmina et cantus et librum sequenciarum de festiuitatibus
sanctorum per totum annum: quas nicolaus papa confirmauit et
decantari in ecclesia permisit Prima est Natus ante secula etc.

Floruit sub ottone tertio Anno domini . dcccc lxxx
Constantinus monachus cassinensis vir in secularibus litteris et
in medicinis maxime suim opinione peritus . greco latino
et arabico ad perfectum eruditus eloquio . cuius preclara opera
usque in hodiernum diem apud medicos magne auctoritatis
habentur . multa scripsit multa de greco et arabico transtulit
in latinum . que professoribus medicine artis non vereor esse cognita
Ego enim vidi tantum De dietis universalibus li. v De dietis par-
ticularibus li. iii De ponderibus medicinalibus li. i De ceteris
adhuc nichil vidisse me memini In prologo seu prefacione
cuiusdam libri quem de urinis ex arabico transtulit in latinum .
se monachum cassinensem fatetur
Albertus ex monacho lobiensi abbas gemblacensis burckardi
wormaciensis episcopi . qui decretum suo nomine appellatum compo-
suit . preceptor . vir in divinis scripturis eruditissimus et
in secularibus scientiis valde peritus regularis discipline
zelator insignis Descripsit vitas multorum sanctorum satis ornato
stilo Cantus etiam varios in honorem sanctorum edidit : et dulci me-
lodia venustavit quibus adhuc multi utuntur in divino officio
Alia quoque plura edidit : que ad noticiam meam non venerunt De
burckardo autem wormaciensi cuius fit mencio in decretis lxxxiii
dis. In nomine . dubito an ordinis nostri fuerit : sed hoc certo michi
constat quod ipsius alberti discipulus fuit antequam wangionum
ordinaretur antistes Floruerunt ambo sub sancto
Henrico imperatore Anno domini Millesimo x.
Bertorius abbas monasterii cassinensis in divinis
~~medans~~ scripturis exercitatus et in secularibus litteris
nobiliter doctus philosophus et medicus famosus et ingenio
subtilis et disertus eloquio . dicitur multa et varia
composuisse sintagmata . que doctrinam excellentis ingenii pre
se ferant Ex quibus extant sermones preclari medicine spiritualis
quos habuisse fertur ad fratres In medicinis etiam varia scripsisse
dicitur et alios diversos tractatus qui ad manus meas minime venerunt
Guido aretinus monachus et abbas monasterii de cruce
sancti leufredi . vir doctus et eloquens et in musicis
magister insignis in hoc etiam preferendus prioribus .
quod ignotos cantus etiam pueri et puelle facillime discunt vel
docent per eius regulam : quam per vocem magistri aut per usum alicuius
instrumenti . dummodo sex litteris vel sillabis modulatim
appositis ad sex voces quas solas musica recipit . hiisque

vocibus per flexuras digitorum leve manus distinctis per integrum
dyapason se oculis et auribus inserunt in tonice vel remisse eleva
tiones vel depositiones earundem vocum Scripsit quoque de musica
li. i De corpore et sanguine domini contra berengarium li. i
Et quedam alia que ad noticiam meam non venerunt Claruit sub
sancto heinrico Anno domini Mill. XX

Helpericus monachus in divinis scripturis ad modum
eruditus et in secularibus litteris suo tempore doctor celeber
rimus philosophus musicus astronomus et calculator in
signis scripsit multa et varia opuscula in quibus magna
subtilitas ingenii eius agnoscitur De quibus pauca eorum ad noti
ciam meam pervenerunt videlicet De computi racione mirum et sub
tile opus li. i Et de musica li. i de ceteris eius nichil vidi
Claruit Anno domini Millesimo XX

Odilo cluniacensis abbas vir sanctus et deo dilectus
quinquaginta sex annis in regimine monasterii presidens
animas sibi commissas verbo et exemplo direxit ad christum Fui
t enim vir doctus et eruditus in scripturis divinis. Fertur
multos egregios et notabiles sermones scripsisse ad fratres qui
eius antiquitus ab eisdem studiose legebantur De quibus amplius
edidit in ad noticiam meam non pervenerunt Moritur anno domini
Millesimo xlviii. etatis sue octogesimo septimo Cuius
vitam plenam virtutibus petrus damiani descripsit

Berno abbas augiensis cenobii natione theutonicus
vir doctus et regularis discipline strenuus gubernator
sanctarumque scripturarum studiosissimus inquisitor
ingenio cautus et disertus eloquio suo tempore in magno pre
cio habitus propter excellentiam doctrine et morum honestate scri
psit multa preclara opuscula de quibus admodum pauca per
venerunt Ad aribone archiepiscopum maguntinum de adventu domini
li. i Dialogum de ieiunio sabbati li. i De officio misse li. i
De ieiunio quatuor temporum li. i de musica et regulis sym
phonarum et tonorum li. i De mensurando monocordo ult
regulas boecii et guidonis supposuit unum tonum tetr
te tracordo yperaton et contra usum maiorum in quo tetracordo
yperaton utiliter inseruit semimetron Alia quoque multa edidit
que ad noticiam meam non venerunt Claruit temporibus
sancti heinrici Anno domini Millesimo vicesimo

Albertus monachus metensis tam in divinis
scripturis quam in secularibus doctrinis eruditus.

historiarum transacti temporis diligens perscrutator scripsit aperto et luculento sermone historiam suorum temporum brevem quidem sed utilem ad quorum noticiam, in qua plura memoratu digna contexuit. Ceterum alia opuscula que scripsisse dicitur: nihil usque hodie potui reperire.

Adam de persenia abbas in divinis scripturis valde exercitatus moribus et vita insignis et regularis discipline zelosus amator scripsit ad utilitatem fratrum valde utiles et elegantes sermones quos illo tempore fratres sue salutis memores studiose lectitabant. Epistolas etiam plures edidit ad diversos. Et pleraque alia: que ad noticiam meam minime pervenerunt.

Guimundus ex monacho // monachus ordinis episcopus aversanus vir doctus et eloquens tam in divinis scripturis quam in secularibus litteris eruditus. et suo tempore magne opinionis et auctoritatis. scripsit libros tres dialogorum sub persona sua et rogerii monachi de corpore et sanguine domini contra errorem berengarii thuronensis opus sane dignissimum. Alia insuper nonnulla composuisse dicitur: que ad noticiam meam non venerunt. Claruit sub heinrico tercio qui fuit imperator secundus. Anno dominice nativitatis Millesimo quadragesimo. eluonens

Rogerius monachus ad quem guimundus aversanus episcopus adhuc in cenobio constitutus libros dialogorum contra berengarium edidit. vir studiosus et doctus ingenio admodum subtilis et clarus eloquio scripsit ad edificandos ecclesie. Vitam sancti brunonis coloniensis archiepiscopi qui fuit dux et frater ottonis primi imperatoris li. i. Quid amplius ediderit: ad noticiam meam non pervenit. Claruit eodem tempore quo guimundus sub heinrico imparatore secundo. Anno domini Millesimo xl.

Erhardus monachus cuius nomen cenobii reperire non potui. vir in divinis scripturis eruditissimus et valde studiosus. ingenio subtilis sermone disertus in declamandis componendisque omeliis et extempore sermonibus excellentis peritie fuit. Scripsit valde eleganter In genesim li. i. In exodum li. i. In numeri li. i. In leviticum li. i. In deuteronomium li. i. Omelias in evangelia ... et utiles. Scripsit et alia que nondum ad manus meas pervenerunt.

Smaragdus abbas monasterii sancti michaelis in divinis scripturis valde studiosus et eruditus moribus quoque monastice discipline nobiliter adornatus. maturus et placidus et pulchro lepore aptus. Nec sem-

larium scripturarum expers fuerat. Exposuit enim donatum maio-
rem commentario venustissimo et multa in secularibus litteris commen-
tando exponendo conscripsit. In divinas autem volumines plures
commentarios fecit et scripsit, de quibus extant: In totum psalterium
li. i. In evangelia singula li. iiii. In evangelia autem et epistolas que
per totum annum in divino officio leguntur. Exposuit in regulam
patris sancti benedicti li. i. Collegit de viciis et virtutibus opus non
spernende utilitatis ad edificationem monachorum, quod appellavit
diadema monachorum li. i. Scripsit autem sermones multos et varios
et alia diversa, ad que nobis innotuit.

Hermannus monachus qui dicebatur contractus, quia ita
erat, natione theutonicus, vir in secularibus litteris
omnium sui temporis peritissimus, philosophus, astrono-
mus et poeta insignis, sciencia et ingenio profundus
et eloquens valde. Multa preclara volumina edidit in quibus omnis
eruditionis vena conspicitur, de quibus ego hec reperi subiecta:
De musica li. i. De sex etatibus mundi li. i. De compositione
astrolabii li. iii. De utilitate astrolabii li. i. De eclipsi solis
et lune li. i. De compoto per halperium li. i. De quadratura
circuli li. i. Historias et legendas multas sanctorum. Hymnos quoque,
antiphonas et cantus varios, quos metro excellenter excellit
et prosa sic composuit devote, et vulgatam illam antiphonam
Salve regina, quam in laudem beate marie virginis universa
frequentat ecclesia. Sed et alia quam plura edidit, que ad manus
meas non venerunt. Claruit Anno domini Millesimo. lx.

Theodericus monachus natione theutonicus, vir doctus
et eloquens, ingenio subtilis et lectione divinarum
// scripturarum
scripturarum humanarumque dives. Scripsit ad richardum
abbatem fuldensis cenobii de laudibus et vita sancti
patris nostri benedicti li. i. De translatione corporis eius de
monte cassino floriacum li. i. De locis sanctis li. i. Et alia
plura que videre non merui. Anno domini Millesimo xxiii
arbo maguntinus archiepiscopus celebravit synodum in seligenstat.
cui prefatus richardus abbas fuldensis et burckardus
episcopus wormaciensis vir doctissimus qui composuit xx li. de-
cretorum, cum aliis multis interfuerunt. Claruit ergo iste
theodericus eodem tempore Anno domini Mill. xxx.

Alphanus monachus cassinensis, salernitanus postmodum archiepiscopus, philosophus et rethor suo tempore cele-
berrimus, in sacris quoque scripturis ad modum studiosus
et eruditus, scripsit non nulla ingenii et studii opuscula

de quibus extant subiecta De quatuor humoribus humani corporis
li. i. De unione corporis et anime li. i. De unione verbi et carnis
li. i. Et multa alia que non vidi

Anselmus remensis monachus vir in divinis scripturis
doctus et in artibus humanitatis sufficienter instructus
ingenio clarus et apertus eloquio fertur quedam
composuisse opuscula in quibus ingenium suum magnifice dila-
tavit. E quibus reperi Itinerarium leonis pape noni a roma
in gallias. in quo acta et gesta eiusdem pontificis in synodis remis
et in aliis urbibus habitis describit. quanta scilicet iusticia et aucto-
ritate causas examinaverit ecclesiasticas. quanta discretione
peccantes corripuerit. et quemadmodum ei virtus sit cooperata
divina. sicut patuit de episcopo frisingensi qui cum in sinodo remensi con-
tumaciter ageret contra auctoritatem apostolicam. in conspectu omnium
repente obmutuit. Alia insuper edidit. que ad manus nostras non
venerunt. Claruit eiusdem leonis noni temporibus. Anno domini mill. l.

Bruno monachus natione ytalus archiepiscopus ruthenorum
vir doctus et sanctus. inter multos. quos pro christi honore
sustinuit labores studium scripturarum numquam deseruit.
sed veterum inherens vestigiis primum locum sacre scripture in-
bibit. Unde In genesim edidit commentariorum li. ii. valde no-
tabile opus. Et alia plura que ad notitiam meam non venerunt.
Hic. tandem post multos labores martirio coronatus fuit.

Humbertus monachus tullensis a leone papa nono
romam propter sacerdotium litterarum adductus et episcopus cardinalis
ordinatus. vir tante doctrine et eloquentie fuit ut illo
tempore similem roma non haberet. Unde a papa ad con-
futandos hereticos constantinopolim missus magna eloquentia
gessit. Leonem bulgarum episcopum qui contra romanam ecclesiam
scripserat superavit. et scripta niceti pectorati monachi
confutavit. eumque in presentia constantini imperatoris adeo con-
vicit ut librum quem scripserat de azimo grecos defendens
anathematizaret ipseque propria manu igni iniecerat. Hubertus
autem quicquid vidit aut fecit quasi per dialogum romani et con-
stantinopolitani conscripsit. Alia quoque nonnulla edidit: que ad no-
titiam meam non venerunt. Claruit anno domini mill. quinquagesimo

Algerus ex scolastico monachus corbeyensis in saxonia
natione theutonicus. vir in divinis scripturis valde e-
ruditus et in secularibus litteris suo tempore omnium opinio-
ne doctor celebrandus. ingenio subtilis et vehemens

sermone apertus et compositus. Scripsit de sacramento altaris insigne opus et grande volumen li. iii. De gracia dei et libero voluntatis arbitrio li. i. Et alia plura que nondum potui invenire.

Bernhardus monachus cluniacensis divinarum scripturarum studiosus amator, nec tamen secularium literarum ignarus, sensu placidus et sermone apertus, regularisque disciplinae zelosus emulator. Inter multa que scripsisse dicitur extat volumen unum insigne continens consuetudines cluniacensis cenobii, quas iussu Hugonis abbatis sui multa sollercia comportavit. Alia insuper multa edidisse dicitur, que ad noticiam meam non venerunt. ~~Anno domini~~ Claruit sub Heinrico tercio Anno domini Mill. quinquagesimo.

Arnulphus monachus in divinis scripturis studiosus et eruditus et in secularibus literis ad plenum instructus, ingenio et eloquio metroque excellens et prosa. Fertur nonnulla composuisse opuscula utroque stilo preclara. De quibus ego tamen reperi opus metricum insigne, quod excipiens de proverbiis Salomonis queriminores et elegantiores sententias pulchro et venusto lepore ad literam et allegoriam ordinavit. De ceteris autem que scripsit nichil usquequaque potui invenire.

Petrus damiani ex monacho nostri ordinis et heremita episcopus hostiensis in divinis scripturis valde studiosus et eruditus, sermone nitidus et gregoriane eloquencie instar dulcis et ornatus, ad persuadendum satis ydoneus, ~~rethor~~ rector monachorum fuit in scriptis. Qui cum aliquot annos in pontificali regimine prudenter presedisset et vicia hominum sine personarum delectu corriperet, tedio et senio tandem affectus ad consulendum proprie saluti episcopatum deseruit et exemplo Gregorii magni Nazanzeni quondam episcopi ad monachorum studia remeavit. Unde s[e]x ab eo a tribus romanis pontificibus sibi immediate succedentibus amicabilibus scriptis arguitur, quod vir tam utilis ecclesie deseruit episcopatum, et quomodo privatae utilitati postposuerit quem verbo et exemplo ad regimen animarum fuisset ydoneus. At Petrus similiter se excusans scripsit pro suo facto apologeticos, quibus tamen racione quam exemplo pontificum aiores sibi paravit. Cum esset vir undecumque peritus scripsit multa preclara volumina, de quibus ego tamen reperi subiecta: Apologeticum ad Nicolaum secundum papam li. i. Ad Alexandrum secundum et Gregorium septimum li. ii. De perfectione monachorum li. i. Antilogion contra iudeos li. i. De avaricia prelatorum li. i. Contra episcopos symoniacos li. i. De incontinencia sacerdotum li. i. De pro uxoribus clericorum li. i. Ad Leonem solitarium

an solitarie orans horas canonicas debeat etiam dominus vobiscum dicere
cum non habeat respondentem li. i. Regulam heremitarum et inclusorum
li. i. Exhortatorium ad fratres li. i. De quibusdam mirabilibus suo tempore
factis li. i. Vitam sancti Odilonis abbatis cluniacensis quarti li. i.
De terrore mortis li. i. De meditatione mortis li. i. De flore et
lucilla li. i. Aliud quod intitulatur gratissimum seu probatissimum li. i.
Adversus quendam episcopum qui monachos ad seculum revocabat li. i.
De insolentia malignorum hominum li. i. Declamationes rethorice li. i.
De natura quorundam animalium li. i. De sancto Cassiano martire
tractatum i. De sancto Bonifacio tractatum i. De situ et fundatione
vivariensis cenobii li. i. Sermones et omelias luculento ser-
mone scripsit pene innumerabiles Epistolas etiam plures ad diversos
Et intra alia: que in manus nostras non venerunt. Claruit sub
Heinrico tertio Anno domini Millesimo sexagesimo

Guntherus monachus elnonensis cenobii vir in divinis
scripturis eruditus et in secularibus literis valde exercitatus.
theologus et poeta insignis. scientia et facundus. ingenio sub-
tilis et clarus eloquio. scripsit pulchro carmine de
passione sancti Ciriaci martiris li. i. Alia quoque multa metro et
prosa scripsisse dicitur: in quibus vena eruditi viri conspicitur sed ad me non venerunt

Marianus Scotus monachus
fuldensis de Anglia pro Christi amore peregrinus venit in
Gallia et primo quidem Colonie apud sanctum Panthaleonem
monachus factus effectus duobus annis ibidem solitarius
includitur. Postea venit ad monasterium Fulden. ubi viginti
inclusio annis in ~~inclusorio~~ stetit. Deinde iussu abbatis et magontini
archiepiscopi ad Maguntiam translatus est. et apud sanctum Martinum
xv. annis sedit inclusus. et in magno ab omnibus habebatur ho-
nore propter doctrinam et religiosam conversationem. Scripsit cronicam
a nativitate Christi usque ad sua tempora. mira subtilitate osten-
dens errorem priorum chronographorum. ita ponentium nativitatem
Christi. ut annus passionis eius quantum ad racionem computi non concor-
dat veritati evangelice. Unde ipse apponens xxii. annos
illi anno ubi priores scribunt fuisse natum Christum. ponit in margine
libri alternatim hic annos evangelice veritatis. illinc annos
false priorum computationis. ut non solum intellectu. sed etiam visu
possit discerni veritas a falsitate. Scripsit etiam de concor-
dantia evangelistarum li. i. Et quedam alia nobis incognita.
Claruit sub Heinrico tertio Anno domini Mill. septuagesimo

Et perduxit cronicam suam usque ad annum domini M. lxxxii. Moritur
autem anno domini M. lxxxvi. etatis sue lviii.
Theodericus abbas cenobii sancti trudonis natione theuto-
nicus vir in divinis scripturis admodum eruditus et in secula-
ribus litteris nobiliter exercitatus, sciencia clarus et disertus
eloquio, qui metro excelluit et prosa. In describendis gestis
sanctorum studiosus fuit. Scripsit enim venusto carmine Vitam
sancti trudonis li. i. Vitam sancti bavonis li. i. Vitam sancti
rimoldi li. i. Et aliorum plurimorum. Alia quoque non nulla edidit:
que ad noticiam meam non venerunt.
Willeramus abbas mersburgensis natione theutonicus
vir in divinis scripturis exercitatus et in secularibus litteris
magnifice doctus, metro excellens et prosa. Scripsit
eleganti carmine in cantica canticorum tres libros quos
prenotavit de nuptiis christi et ecclesie. De ceteris que scripsisse
dicitur adhuc nichil recolo me legisse. Hic primo fuit scolas-
ticus bambergensis omni sciencia peritus, qui dei amore seculum
deserens monachus fuldensis effectus est: deinde crescentibus
meritis mersburgensis abbas constituitur. Claruit anno
domini Millesimo lxx.
Lucas abbas montis sancti cornelii in divinis scripturis
studiosus et eruditus et secularis sciencie non ignarus
ingenio promptus et cautus eloquio. Fertur non con-
temnende lectionis varia edidisse opuscula, de quibus
reperi tantum: Ad milonem episcopum taruanensem in cantica canticorum
notabile volumen li. i. De ceteris que scripsisse dicitur: nichil
ad noticiam meam pervenit.
Lanfrancus ex abbate cadomensi archiepiscopus cantu-
ariensis anselmi preceptor, vir in divinis scripturis
eruditissimus et in secularibus litteris omnium sua fama suo
tempore peritissimus, dialecticorum princeps, scolam philosophie
divine et secularis multis publice tenuit annis. Hic papia
civitate ytalie oriundus cum litteris diu impendisset operam et
doctissimus evasisset, alpes transgressus in northmanniam
venit. Cumque iret rothomagum, a latronibus captus et spoliatus
ac per devia silve noctu abductus votum religionis emisit
et liberatus a periculo beccense monasterium ingreditur: ~~in quo~~
et sub herluino abbate monachum profitetur. In quo tribus
annis mansit incognitus: quousque tandem quis qualis

quantusue vir fuerit a mercatoribus qui eum ante nouerat fuit
publicatus. In eodem cenobio dum quadam die ad mensam legeret.
quiddam inter legendum dixit ut dicere debuit / veluti si dixisset
docere media producta. ut est: correxit eum prior / vir non
multum litteratus / aliterque dicere iussit. Lanfrancus qui pro christo
stultus factus ex magno fuerat. sciens obedientiam christo magis
deberi quam donato: dimisit quod bene pronunciauerat: et
dixit quod se non recte dicere sciebat. Denique infra illud tri-
triennium quo mansit incognitus. numquam voluit in conventu aliquid
legere: nisi prius a magistro noviciorum privato audiret. Tan-
dem prior in eodem cenobio factus publicam denuo scolam
tenuit: in qua anshelmi viri postmodum clarissimi preceptor
fuit. Postea factus est abbas cadomensis: et tandem canthua-
riensis archiepiscopus: moribus et doctrina commissam sibi strenue
gubernans ecclesiam. Scripsit autem non nulla commendande au-
ctoritatis opuscula: de quibus ego tantum reperi subiecta. In omnes
epistolas pauli commentarios edidit: et ubicumque locorum oportunum
fuit. secundum leges dialetice. proponit. assumit. et concludit.
Scripsit etiam aduersus berengarium thuronensem de corpore
et sanguine domini li. i. Gesta wilhelmi normanorum comitis
qui regnum anglorum primus inuasit li. i. Alia quoque non nulla edidit: que
in manus meas minime venerunt. Claruit sub henrico
Anno domini Millesimo Sexagesimo

Engelbertus abbas monasterii admontensis vir in diuinis
scripturis longo studio exercitatus et in secularibus doctri-
nis pro suo statu sufficienter instructus. ingenio clarus
et apertus eloquio. moribus et regularis discipline zelo insignis.
Scripsit ad edificationem fratrum suorum plures elegantes sermones.
in quibus quantum valuerit in scripturis liquide ostenditur. Scripsit
etiam de viciis et virtutibus compendiosam quandam summam sed
utilem li. i. Et alia plura que videre non merui

Anshelmus canthuariensis post lanfrancum archiepiscopus.
prior olim beccensis cenobii et postea abbas eiusdem
lanfranci clarissimi quondam auditor vir sanctus.
et in diuinis scripturis valde eruditus. qui cum adhuc abbatis
fungeretur officio. ut fratres suos ad studium sacre lectionis
prouocaret. permisit omnibus ut singuli. si quas habe-
rent questiones scripturarum sibi proponerent. nec ab-

interrogacione desisterent quousque sibi de singulis que voluissent satis factum agnoscerent. Hoc ideo fecit: quatenus legendi et studendi materiam nunquam amitteret. Scripsit autem multa et varia opuscula: de quibus ego tantum reperi subiecta. Cum adhuc esset prior Beccensis scripsit contra gentiles insigne opus quod prenotavit Cur deus homo li. ij. Adversum iudeos de incarnacione verbi li. j. Ad bosonem de conceptu virginali li. j. Aliud de meditanda divinitatis essencia quod intitulavit monologion li. j. Aliud de eadem materia quod prenotavit prosologion. De processu spiritus sancti contra grecos li. j. Dialogum de casu diaboli li. j. De diversitate sacramentorum li. j. De fermento et azimo li. j. De voluntate dei li. j. De concordia gracie dei et libero hominis arbitrio li. j. Dialogum de libero arbitrio li. j. Dialogum de veritate li. j. De similitudinibus li. j. De mensuracione crucis li. j. Meditacionum seu oracionum li. j. De passione domini li. j. Meditaciones alias de redempcione generis humani li. j. Contra insipientem li. j. Aliud quod prenotavit pro insipiente li. j. De miseria hominis li. j. De membris que deo attribuuntur in scripturis li. j. De sacramentis et officiis divinis li. ij. De domo conscientie li. j. De sancta trinitate li. j. In cantica canticorum li. j. De pace et concordia li. j. De beata sufficiencia li. j. De beata vita li. j. De bona occupacione li. j. De laudibus sancte marie li. j. De antichristo li. j. Dialogum inter christianum et gentilem li. j. De beatitudinibus li. j. Ad lanfrancum episcopum li. j. In exameron li. j. De beatitudine celesti li. j. De gramatica li. j. Sermones et omelias varias. Epistolas quoque plures ad diversos. Ex quibus unam repperi quam scripsit ad Wilhelmum abbatem quondam Hirsaugiensem, quem specialiter dilexit, quod ipsa testatur epistola. Credo et alia nonnulla edidit que ad noticiam meam non venerunt. Claruit temporibus Heinrici quarti Anno domini millesimo centesimo.

Wilhelmus abbas Hirsaugiensis nacione theutonicus beati anselmi canthuariensis supradicti antistitis specialis amicus. Vir in divinis scripturis eruditus et secularium literarum non ignarus. moribus et conversacione devotus qui vivus etiam fertur claruisse miraculis. eo quod claudum quem in ponte versus sanctum aurelium obvium habuit: in eodem loco sanctis precibus sanavit. Scripsit non spernenda

opuscula de quibus ego vidi tantum subiecta De musica li. i De
horologio li. i Constitutiones reformacionis monastice disciplie
li. ij De correctione quoque psalterij li. i Scripsit etiam quasdam ad
diuersos epistolas: que raro inueniuntur. Hic antea fuit monachus
in monasterio sancti hemmerami ratisponen. Unde omnium
fratrum hirsaugiensium electione vocatus: presedit in abbacia
hirsaugien. annis viginti duobus. Et moritur ydus nonas iulij
sub heinrico quarto Anno domini Mill. Nonagesimo primo

Honorius monachus et pro xpo amore inclusus beati
anselmi cantuariensis episcopi singularis amicus ad quem
eius non nulle extant epistole. vir deuotus et in diuinis scrip-
turis eruditus. Scripsit responsiones diuersarum
questionum li. i Et plures ad diuersos epistolas planas erudicio-
nis et compunctionis Et non nulla alia minora quidem. sed
utilia sane opuscula Claruit eodem tempore quo anselmus sub
heinrico quarto Anno dominice natiuitatis Millesimo Centesimo

Ocreskinus monachus hirsaugiensis. wilhelmi abbatis
discipulus quondam et auditor. nacione theutonicus
vir tam in diuinis quam in humanis scripturis eru-
ditissimus. ingenio subtilis et eloquio valde disertus.
breuis et succinctus in verbis. sed copiosus et nitidus in sentenciis.
adeo ut nulli priscorum videatur inferior. Scripsit utroque stilo
metri videlicet et prose varia opuscula. de quibus ego vidi sub-
iecta Opus grande et insigne quod per modum dialogi sub
persona sua et theodore virginis xpi composuit cuius titulus
est. Speculum virginum li. viij Dialogum commentariorum
in euangelijs li. i Dialogum de vita spiritus et fructu mortis li. i
Dialogum matricularij li. i Dialogum cuius titulus est didascalon
li. i In laudem quoque sancti benedicti carmina et rithmos com-
posuit Alia autem opuscula que soluta vero oratione composuit:
in dialogi morem ordinauit Claruit eodem tempore quo wil-
helmus Anno domini Millesimo. C.

Francus abbas haffligensis in diuinis scripturis studiosus
et eruditus et in secularibus litteris non infime doctus
ingenio clarus et apertus eloquio. Edidit non con-
temptenda legentibus opuscula. in quibus vires ingenij
sui exercitat Nam antequam esset abbas iussu et instancia
fulgencij abbatis inchoauit librum egregium de gracia dei
prenotatum. quem post illius mortem iam factus abbas

consummauit. Scripsit etiam metrico stilo satis eleganti de statu
future glorie. Et alia plura que ad noticiam meam non venerunt.

Gisilbertus abbas seu prepositus monasterii West. in
anglia beati anselmi cantuariensis episcopi quondam
discipulus. vir in diuinis scripturis eruditus. ingenio
promptus et cautus eloquio scripsit ad sanctum anselmum
disputacionem quam cum quodam iudeo habuerat li. i. In ysaiam prophetam
li. i. In cantica canticorum li. i. Et quedam alia que ad manus meas
non venerunt. Claruit temporibus anselmi sub heinrico iiii°. Anno domini m

Ansbertus qui et ambrosius. monachus in [illegible] Senteso
scripturis diuinis valde studiosus et eruditus et in secularibus
litteris sufficienter imbutus ingenio cautus et clarus
eloquio scripsit plura commendanda opuscula. de quibus
ego pauca ad presens potui reperire. Ad honorem augustudanam
presbyterum. in cantica canticorum li. i. In psalterio quoque li. i. In apocalypsim
iohannis li. x. De cupiditate li. i. Epistolas etiam ad diuersos edidit et
varios sermones. Et alia plura nobis incognita. Claruit sub
heinrico quinto. Anno domini m. c. xx. Alii dicunt quod claruit anno
domini. dcc. lx. et forte verius

Rupertus abbas tuiciensis apud coloniam agrippinam.
natione theutonicus. vir in diuinis scripturis a spiritu
sancto per visionem mirabilem illuminatus in qua etiam
adeo studiosus fuit ut nunquam ocio torpesceret. Sed quo
ciciusque a cura rei familiaris vacare poterat: ad lectionis
studium toto se desiderio conuertebat. Quod ut liberius faceret:
curam temporalium rerum aliis ad hoc ydoneis commisit: ipse vero
Iterum ~~[illegible]~~ vacare studiis semper disposuit. Nichil illi fuit io-
cundius quam legendi incumbere: libros componere. et sacras expo-
nere ac interpretari scripturas. Et quamvis doctrina eius in magna
reverencia habebatur ab omnibus. et presertim a friderico colo-
niensi archiepiscopo. qui eum ad scribendum aliquid noui sepius dulciter
excitauit. Fuit enim vir undecunque doctissimus. quod eius preclara
testantur opuscula de quibus ista feruntur. Ad cunonem abbatem
sigebergensem de victoria verbi dei li. xiii. In cantica canticorum
li. vii. Inchoauit in libros regum quoddam opus quod morte
preuentus imperfectum reliquit. In quatuor euangelia commen-
tarios notabiles scripsit. In duodecim prophetas minores li. xxi
In apocalypsim iohannis li. xii. De diuinis officiis li. i. In regulam
sancti benedicti li. i. Apologeticum eiusdem operis li. i. Scripsit

grande et insigne opus super vetus testamentum quod intitulavit de
sancta trinitate li. xlii. similiter et in ceteros biblie libros commentarios
edidit, que ad noticiam meam non venerunt. Claruit anno domini M
cxxv sub Heinrico quinto. Et moritur sub Lothario imperatore tercio

Rupertus abbas Lympurgensis in diocesi Spirensi natione Theu-
tonicus vir honestate morum et abstinentia disciplina monastica
insignis, in divinis scripturis studiosus et eruditus, atque in secu-
laribus litteris ad plenum instructus. ante conversionem suam in gymnasio
parisiensi studio philosophie secularis multis annis impendit et gloriam
doctrine non parvam acquisivit. Tandem considerans presentis vite
prosperitatem penitus esse instabilem, patriam remeans ad
deum se convertit et in prefato cenobio habitum monachi suscepit
In quo tantum deo largiente profecit ut omnium consensu in abbatem
electus divinis revelationibus meruerit recreari. sub cuius
regimine magna observantia religionis in eodem loco vigebat
Scripsit autem divina visione instigatus In cantica canticorum
li. iiii. De contemptu mundi et amore dei li. ii. De sancto Iohanne
baptista li. i. De quodam episcopo decollato apud eos sepulto. Sermo-
nes etiam de quibusdam sanctis, quorum reliquie in eadem
lympurgensi ecclesia habentur. Claruit sub Heinrico impera-
tore quarto Anno domini Mill. c. xx.

Bernardus monachus natione saxo in divinis et humanis
scripturis eruditus, ingenio subtilis, sermone compositus.
Scripsit non contempnende lectionis opuscula, in quibus abundans
vena conspicitur. E quibus extat liber unus luculento ser-
mone descriptus ad Hartwinum Magdburgensem episcopum contra
Heinricum quartum rebellem summi pontificis Gregorii septimi
Hildebrandi antea vocati. Fertur etiam alia quedam scripsisse:
sed ad meam noticiam non venerunt. Claruit eiusdem Heinrici
temporibus Anno domini Mill. c. xx.

Sigebertus monachus Gemblacensis in divinis scripturis
eruditissimus et in secularibus litteris valde peritus, ingenio
subtilis et comptus eloquio, cuius doctrina cum magna
laude suo tempore habebatur, quod patet ex multis opusculis eius
que ad magnates et ecclesiarum prelatos metro conscripsit et prosa.
De quibus ego tantum reperi subiecta: Historiarum seu temporum cronicon
opus magnum et insigne. De illustribus viris li. i. Vitam sancti
Theoderici metensis episcopi li. i. heroico metro. Vitam Sigeberti
regis li. i. Passionem sancte Lucie virginis carmine ~~elegiaco~~

de sacro li. i. De translacione corporis eiusdem usque ad Metim li. i.
Passionem sanctorum Thebeorum martirum heroico versu li. i. Vitam
sancti Guiberti confessoris fundatoris cenobii Gemblacensis li. i.
Gesta abbatum Gemblacensium li. i. Ad Heinricum quartum imperatorem
apologiam contra eos qui calumpniabantur missas sacerdotum
concubinariorum li. i. Eiusdem rogatu scripsit Treverensibus
de ieiunio quatuor temporum li. i. In ecclesiasten heroico metro
li. i. Epistolas ad diversos plurimas scripsit. Sermones quoque
et varios tractatus qui in manus meas non venerunt. Vitas
etiam quorundam sanctorum stilo urbaniori melioravit. Responso-
ria insuper et antiphonas in laudibus sanctorum dulci melodia
composuit. Hic primum de monasterio Gemblacensi ad cenobium
sancti Vincencii Metensis ad instruendos iuvenes in sacris
primiciis positus non nulla in eiusdem urbis laude composuit
Inde ad monasterium suum Gemblacense reversus omne tempus
vite sue studio scripturarum impendit: unde magnus effectus
omni laude doctissimus habebatur et erat. Claruit et
Anno domini M. C. L. XX

Gracianus monachus Bononiensis sive Classensis vir
in divinis scripturis valde studiosus et in secularium
literarum disciplinis admodum peritus instar Moabitidis
post terga metencium spicas collegit dum primum sentencias et
sanctiones conciliorum diligenter ingerens per Burckardum et
Yvonem nobile opus decretorum composuit quod prenotavit
Concordia discordancium canonum li. iiii. Dicitur et alia quedam
scripsisse opuscula que ad noticiam meam non venerunt. Claruit
sub Heinrico imperatore quarto Anno domini 1120

Edmondus monachus Cantuariensis vir studiosus et eruditus
fertur ingenii sui non nulla reliquisse vestigia in quibus
utriusque literature abundans vena conspicitur Sed nichil
eorum ad noticiam meam ~~minime~~ pervenisse preter vitam sancti memini
Anselmi Cantuariensis episcopi quam luculento sermone descripsit
li. i. Et de discordia inter Wilhelmum regem Anglie et eundem
sanctum Anselmum archiepiscopum de libertate ecclesiastica li. i. Claruit
temporibus Heinrici imperatoris quarti Anno domini M. C. vicesimo

Hugo dictus Folieth monachus Corbeyensis vir in divinis
scripturis studiosus et eruditus secularium quoque literarum
non ignarus eloquio dulcis et apertus. Monachorum

disciplinis optime imbutus et singulari experiencia rerum instructus.
Scripsit ad utilitatem fratrum non floccipendenda opuscula. de quibus
ego tantum repperi ista. De claustro materiali li. i. De eodem claustro
spirituali li. i. De claustro anime li. i. De claustro quoque paradisi
sive celesti li. i. Claruit temporibus Henrici quinti imperatoris Anno domini M. C. xx

Adelphus abbas. cuius nomen cenobii ita mihi non occurrit:
vir quidem in scripturis divinis et secularibus nobiliter eruditus.
ingenio subtilis sensu profundus et eloquio disertus. Scripsit
ad utilitatem fratrum suorum atque legencium Sermones plures
et elegantes. in quibus zelus discipline regularis et puritas in-
genii fidei eius relucere conspicitur. Scripsit etiam contra errores
perfidi Machometi et Saracenorum li. i. Et quedam alia que ad
manus nostras minime pervenerunt

Joachim abbas florensis monasterii in Calabria vir in divinis
scripturis admodum eruditus. sermone simplex et apertus.
in reprehensione Petri Lombardi parisiensis episcopi iure
reprehenditur: quia quod arguit penitus ignorasse de-
monstratur. Et huius reprehensionis libellus penas debitas
exsolvit. Hic Joachim revelaciones habuisse varias dicitur: et
in futurorum cognicione multimoda vaticinia desudasse. De quibus
quid mihi videatur alias plenius scripsi: qui ex coniecturis scripturarum
non pauca presignasse constabit legentibus. Scripsit autem varia
in divinis scripturis opuscula: quibus etiam consuevit miscere pro-
phetica videlicet In Ieremiam prophetam li. i. In Danielem prophetam
li. i. In apocalipsim li. i. In euangelium Iohannis li. i. Ad Heinricum
imperatorem sextum. De oneribus li. i. De septem sigillis li. i.
De concordanciis et futuro tempore li. i. De quindecim pontificibus
li. i. Ad Innocencium papam apologeticum li. i. Epistolas etiam varias ad
diversos. Et quedam alia michi incognita. Claruit sub Heinrico
quinto sive sexto Anno domini Millesimo Centesimo Nonagesimo

Hildegardis sanctimonialis virgo et abbatissa montis
sancti Ruperti apud Bingios in diocesi Maguntina. Sancte
conversacionis miraculis clarens etiam in vita. quam in kathalogo
scriptorum non ponerem. nisi me auctoritas summi pon-
tificis roboraret. qui suis exhortacionibus scripta virginis in quantum
habuerant. publice presentibus sancto Bernhardo. cardinalibus
et episcopis multis lecta. approbavit. quemadmodum in libro de
ecclesiasticis scriptoribus olim dixisse me memini. ubi et alias
raciones ad hoc me impellentes faciendum expressi. Scripsit
autem sancta virgo divinitus illustrata. subiecta que vidi

opuscula In regulam sancti benedicti li. i. Ad guibertum monachum
de xxx. questionibus li. i. Vitam sancti ruperti li. i. Vitam
sancti disibodi epi li. i. In euangelijs dnicalibus omel. l viij
valde difficiles li. i. De sacramento altaris li. i. Sciuias x
scito vias. opus grande et mirabile li. i. Aliud quod prenotauit
vite meritorum li. iij. Diuinorum operum li. i. De simplici me-
dicine li. i. Composite medicine li. i. Ad colonien. clerum de
futuris temporibus et pericul. in ecclia li. i. De eadem re ad
treuerenses li. i. Exhortatorium secularium ad quosdam sacerdotes
li. i. Ad sorores suas exhortatorium. Ad monachos griseos erbacen.
paregoricon. Epistolas ad diuersos. quarum vidi centum xxx vi.
Scripsit quedam carmina et cantica cum notis altisonis Et
quedam alia minora Claruit Anno dni. Centesimo sexagesimo
Otto albas. aug nescio reperi cenobium vir in diuinis scripturis
exercitatus et eruditus ingenio et scientia preclarus sermone
apertus et compositus scripsit ad utilitatem fratrum suorum non
contemnenda quedam opuscula De quibus extant sermones et omelie
admodum notabiles In canone quoque misse li. i. Et disputacionem
quam habuit cum quodam iudeo. ad wilbodionem monachum
hafflingen. Scripsit et alia quedam que mihi incognita quando tandem epus
Symon monachus hafflingensis cenobij | frater et
vir in diuinis scripturis studiosissimus et valde eruditus.
abbreuiauit moralia beate memorie gregorii pape
in librum iob. et morales tantum sententias eius apponens textum
totum volumine moraliter obis aliarum exposuit. Scripsit et
sermones in conuentu communem li. i. Visionem cuiusdam virginis
ordinis premonstratensis admirabilem li. i. Et alia quoque plurima
que ad noticiam meam adhuc minime venerunt
Elisabeth monialis et albatyssa cenobij sancti monialium
in schonnaugia treuerensis diocesis ordinis sancti benedicti
multas a deo reuelaciones habuisse dicitur. quas ad
utilitatem fidelium demandans literis subiecta volumina
composuit Viarum dei notabile et utile opus li. i. in quo tres
status hominum videlicet martirum. confessorum. et virginum. ita subtiliter
describit : ut quid incubat ex nullis notamentis Scripsit
et de martiribus coloniensibus virginibus li. i. Et reuelaciones
diuersas quas habuit li. i. Epistolas quoque nonnullas ad diuersos
Nec michi insultet presentium lector futurus quod feminas
in scriptorum illustrium kathalogo posuerim. cum non sine

xemplo

exemplo veterum hec fatere estimandum sit. cum beatus ysidorus probam adelphi uxorem pretosulis inter illustres viros posuerit: ipsius virginis visiones quas scripsit. Hec probe maritate. nostre virgines Christo consecrate inferiores censende sunt. Claruit autem sancta virgo elizabeth tempore hildegardis cuius amicissima fuit Anno domini Millesimo Centesimo lx.

Ekbertus frater predicte virginis abbas fratrum monachorum in schonaugie factus natione theutonicus. cum esset canonicus bunnensis ecclesie. exemplo et monitis sororis despexit seculum: et monachus ordinis sancti Benedicti in prefato cenobio factus est. Qui cum in divinis scripturis eruditus haberetur et esset. scripsit nonnulla fulgentis ingenii opuscula: de quibus ego tantum vidi subiecta. Adversum hereses li. j. In principium euangelii iohannis li. j. In euangelium missus est angelus li. j. De obitu sororis sue. Meditaciones et carmina de domino Christo conscripsit dulcisona. Sermones multos et varios per totum annum luculento sermone composuit: quos dulci modulamine prompsit. Fuit enim egregius declamator: et adeo facundus et doctus. ut hereticam subtilitatem formidabilem unica expressione devicerit. Hic etiam opuscula sororis sue ob latini sermonis defectum ea vivente adhuc urbaniori stilo illustravit. Claruit sub frederico imperatore primo Anno domini Millesimo C. lx.

Theodericus abbas natione et ipse theutonicus vir doctus et eloquens. et divinarum scripturarum studiosus amator scripsit ad utilitatem legencium non contempnende auctoritatis opuscula. in quibus valens ~~ingenium~~ ingenium eius ostenditur. Nichil tamen eorum me legisse memini. preter vitam beate Hildegardis virginis supra scripte. quam vibrato sermone quatuor libellis digessit. Claruit temporibus primi frederici imperatoris Anno domini Millesimo Centesimo Octogesimo

Helinandus monachus frigidi montis in territorio beluacensi. vir devotus et morum honestate conspicuus. in divinis scripturis eruditus. et in secularibus litteris nobiliter instructus. ingenio subtilis et vehemens. eloquio disertus et ornato lepore compositus. edidit nonnulla preclara opuscula. in quibus profunda sciencia eius ostenditur. E quibus preminet opus ingentis magnitudinis historiarum li. xlviij. qui tamen dispersi raro simul inveniuntur. Scripsit etiam de reparacione lapsi li. j. Sermones quoque multos et varios li. j. Epistolarum ad diversos li. j. Et alia plura que ad noticiam meam non venerunt. Claruit sub heinrico sexto Anno domini Millesimo Ducentesimo

Petrus abbas cluniacensis in scripturis divinis studiosus et secularis sciencie non ignarus, ingenio et eloquio clarus morumque honestate insignis et regularis disciplinae zelosus. Scripsit sermones valde notabiles quos diversis temporibus fecit ad fratres. Epistolarum quoque ad diversos li. i. De vita solitaria li. i. Scripsit etiam visiones et revelaciones quibusdam suo tempore ostensas et varia miracula. Alia quoque multa adhuc nobis incognita.

Wilhelmus monachus sancti Dyonisii parisiensis in scripturis sanctis studiosus et in secularibus litteris sufficienter instructus, temporis transacti gestorum perscrutator. Scripsit sermone apto et ydoneo historiarum opus insigne li. iii. Fertur etiam in quosdam biblie libros edidisse commentarios, aliaque diversa scripsisse opuscula: sed in manus nostras minime venerunt.

Henricus monachus Hassfingen natione theutonicus ex oppido brabantie bruxella, vir in divinis scripturis admodum eruditus et in artibus humanitatis eleganter instructus, calculator acutus. Scripsit de ratione computi et kalendarii librum satis utilem et necessariam eruditione instructum. Epistolas nonnullas ad diversos. Fertur et alia non contempnenda scripsisse opuscula, in quibus vires ingenii sui magnifice exercitavit.

Wilhelmus abbas monasterii pictaviensis patria lugdunensis, in divinis scripturis eruditus, theologus, iure consulta insignis, et multa rerum experiencia famosus, acuti et vehementis ingenii. Scripsit apto sermone de sacramentis notabile opus li. vii. Alia quoque nonnulla edidit, que in manus nostras non venerunt.

Philippus de perfaino prior sancte marie de caritate in padua, vir in divinis scripturis eruditus et in philosophia seculari competenter instructus, sermone aptus ac compositus, edidit preclare doctrine opuscula, de quibus ego tum vidi volumen illud grande et insigne quod scripsit moraliter super ethicam catonis li. i. De ceteris vero que scripsit quamvis plura ferantur adhuc nichil vidi.

~~Guarricus abbas monasterii igniacensis, vir doctus et eruditus et regularis discipline zelosus, gubernator et rector, eloquio dulcis et monastico more aptus. Scripsit sermones pulchros et notabiles de tempore et de sanctis, quos pro fratrum suorum utilitate composuit. Alia etiam nonnulla edidit que ad noticiam meam non venerunt.~~ cisterciensis fuit

Lapus de castellione abbas sancti miniatis, vir in utroque iure peritissimus et philosophorum disciplinis sufficienter imbutus, ingenio subtilis, consilio providus, sententia solidus

et sermone apertus apud iuristas locum sortitus non inferiorem. Scripsit
pro sua facultate diversa opuscula. de quibus reperi tantum super clemen-
tinas li. j. Lectura que scripsit ad manus meas non venerunt. Claruit
Anno domini Millesimo Trecentesimo xl.

Bernhardus abbas cassinensis in scripturis sanctis studiosus
et regularis discipline zelator precipuus. ingenio clarus
et aptus eloquio. Scripsit ad utilitatem monachorum non spernenda
opuscula. de quibus ego tantum vidi subiecta. Opus insigne
quod prenotavit Speculum monachorum li. j. Super regulam sancti benedicti
li. j. De preceptis et consiliis eiusdem regule. Fertur etiam sermones
addidisse et alia multa que non vidi.

Petrus pictaviensis dictus berthorii prior monasterii
sancti eligii parisiensis. vir in divinis scripturis eru-
ditissimus. et in secularibus litteris sufficienter instructus.
eloquio apertus ac compositus. Scripsit multa et varia
opuscula. de quibus reperi tantum subiecta. Super genesim li. j. In exodum
li. j. In numeri li. j. In leviticum li. j. In deuteronomium li. j. In iosue
li. j. In iudicum li. j. In ruth li. j. In regum li. iiij. In paralippo-
menon li. ij. In esdram et neemiam li. iij. In tobiam li. j.
In iudith li. j. In hester li. j. In iob li. j. In ysaiam li. j. In
ieremiam li. j. In ezechielem li. j. In danielem li. j. In xij
prophetas minores li. xij. In machabeorum li. ij. In evangelium
mathei li. j. In evangelium marci li. j. In evangelium luce li. j. In
evangelium iohannis li. j. In actus apostolorum li. j. In apocalipsim li. j.
Scripsit etiam morale repertorium in tribus magnis vo-
luminibus. x. dictionarium li. j. Morale reductorium in tribus
voluminibus li. j. Morale inductorium similiter in tribus partibus
li. j. Scripsit etiam compendiosam summam historiarum biblie
li. j. Sermones quoque et epistolas ac alia plura. que non vidi.

Iohannes monachus castellensis natione theutonicus. vir de
divinis scripturis valde studiosus. et secularis litterature
non ignarus. cui nichil in hac vita dulcius quam lectionibus
inhesisse sacris. Scripsit in regulam sancti benedicti
instructum volumen li. ij. Summam compendiosam totius biblie
li. j. Sermones super epistolas et evangeliis dominicalibus per totum
annum li. ij. Sermones quoque de sanctis li. j. De passione
domini xlij. sermones li. j. Epistolas quam plures. Edidit etiam commen-
tarios in bibliam et alia multa que non vidi.

Clemens papa sextus · petrus rogerij antea vocatus albas
fiscaniensis · vir in diuinis scripturis eruditissimus · et in
utroque iure valde peritus ingenio subtilis et clarus
eloquio · in declamandis sermonibus ad populum doctor cele-
berrimus fuit · Scripsit valde notabiles sermones de diuersis
materijs qui habentur li. j · Collaciones eciam varias in conuen-
tibus magistrorum et coronacionibus regum · Epistolas quoque multas ad
diuersos · Clarvit in pontificatu Anno domini · m° · CCC · xlv
Petrus boherij albas sancti amani doctor decretorum
suo tempore famosus et in diuinis scripturis admodum
eruditus · ingenio clarus · sciencia preditus sermone
scolasticus edidit non spernende lectionis opuscula · de
quibus ego tantum vidi subiecta · De speculo bernardi cassi-
nensis li. j · de sestinis loicaciones monachis necessarijs li. j · Scripsit
eciam in regulam sancti patris nostri benedicti laboriosum et
commendabile opus in quo ipsam regulam canonibus et iuri pene
opus in singulis libris passibus concordat li. j · et aliqua amplius
edidit · que memorie nostre non peruenerunt · Clarvit anno domini
Millesimo Trecentesimo · lvj 1356
Andreas episcopus megaren megarensis et ciuitatensis ac
postmodum auiatensis nacione hispanus et ro-
mane curie penitenciarius doctor in iure peritus ·
et diuinarum scripturarum non ignarus · ingenio acutus · ser-
mone scolastico more aptus et simplex scripsit opus insigne
de penitencia li. j · de modo et forma confitendi · tractatum
unum breuem sed utilem · Alia quoque nonnulla edidit · que ad noticiam meam
Petrus de rosenheim monachus non venerunt
mellicensis nacione theutonicus · vir in diuinis scrip-
turis studiosus · et in secularibus litteris sufficienter
instructus · metro excellens et prosa · scripsit magistro nicolao
dinckelspuel rogante ad brandam cardinalem sancti
clementis legatum apostolicum in alemania opus metricum
in tota biblia duobus versibus exprimens quid in quolibet capitulo libri con-
tineatur · Scripsit eciam historiarum cronicon li. j · Epistolas et collaciones
et alia plura que non vidi · Clarvit temporibus concilij constanciensis Anno domini m° · cccc · xx
Hinricus gulpen albas monasterij sancti egidij in nuren-
berga · doctor decretorum ad modum eruditus moribus et vita
insignis · cuius iohannes in suo formicario cum laudibus
meminit

fecit mentionem. Scripsit super septem distinctionibus de penitentia li. i
Super dist. quinta de consecratione li. i Et de passione domini unum tractatum
Et quid amplius ediderit ad manus meas non pervenit. Claruit temporibus
conciliorum constanciensis et basiliensis Anno domini M. CCCC. xx
Nicolaus abbas monacensis nacione siculus archiepiscopus
panormitanus et sacrosancte ecclesie romane cardinalis
vir in utroque iure peritissimus. dubiorum cautus interpres. qui
inter doctores iuris non infimus habetur. scripsit multa
preclara opuscula cum adhuc abbas esset. et etiam nonnulla in presulatu.
de quibus omnibus subiecta feruntur. Super decretalibus maximum et
importabile opus in multis voluminibus li. v. Super clementinis
li. i In sexto decretalium li. i Apparatum super decreto inchoavit.
sed non perfecit Consilia multa. numero . c. iiij. li. i De ordine
et processu iudiciario li. i Scripsit pro concilio basiliensi
notabilem et prolixum tractatum. quem legit Franckfordie
in publica audiencia principum et cleri Disputaciones etiam
et varias repeticiones edidit que ad manus meas non venerunt
Claruit tempore concilii basiliensis Anno domini Mill. CCCC. xxxv.
Iohannes rode abbas monasterii sancti eucharii treveren.
nacione theutonicus. vir in iure canonico valde eruditus
et in divinis scripturis multum studiosus. moribus et vite
honestate conspicuus. ac regularis observancie zelosus
amator. qui pro restauratione monastice discipline in eadem
cenobio multum laborans multum profecit. scripsit apto sermone
constitutiones pro reformatione ordinis necessarias quas in privato
monasterio practicavit Scripsit etiam de regimine et officio
abbatis tractatum unum Et quedam alia devota opuscula. que
licet viderim titulum tamen memorie non occurrit Claruit tempore
concilii basiliensis Anno domini M. CCCC. xxx
Andreas monachus nostri monasterii Spanhem.
patria traiectensis. vir in scripturis divinis exercitatum
habens ingenium. in secularibus quoque litteris satis
eruditus. carmine excellens et prosa. eloquio dulcis
et pulchro venustans lepore compositus. edidit non contempnende
lectionis opuscula. de quibus adhuc reperiuntur subiecta videlicet
Soliloquiorum hominis ad deum li. i De profectu quoque virtutum li. i
An monachis sanis liceat vesci carnibus li. i De habitu
monachi. idest de usu floccorum. ad abbatem beate marie

tuenerit li. j. Collaciones etiam quasdam notabiles scripsit ad fratres
Carmina diversa et rithmos. Scripsit etiam epistolas multas ad
diversos et quedam alia. Claruit anno domini Millesimo
quadringentesimo .xl.

Conradus de rodenberg. abbas montis sancti iohannis
Rinckauiensis. in diocesi maguntina vir devotus et regularis
observancie noviter introducte ardentissimus amator.
in divinis scripturis studiosus et declamator egregius
scripsit simplici et aperto sermone nonnulla opuscula. quorum
lectio viris devotis utilis est. De quibus extat opus prolixum
et insigne de laudibus beate marie virginis cuius amator precipuus
fuit. de singulis membris eius sub methafora horti laudes
speciales contexens. quod prenotavit De vinea domini sabaoth
li. j. Scripsit etiam quoddam exercitium devotorum fratrum et precipua
intencione ad utilitatem et instructionem noviciorum li. j.
De accessu altaris tractatum unum. Collaciones etiam plures
ad notabiles edidit: quas in utroque capitulo magnifice de
clamavit. Ipse denique unus fuit ex illis qui ordinarium et ~~cere~~
cerimonias nostre reformacionis bursfelden primi iussu
comportaverunt. Moritur plenus dierum .viij. kl. Januarii
Anno domini Millesimo quadringentesimo Octogesimo sexto

Nicolaus donis nacione theutonicus. monachus eiusdem
nostri ordinis. sed nomen cenobij in nostram non venit. vir in
secularibus litteris admodum eruditus. orator et philosophus
cosmographusque omni ad miraculum nostro tempore celebrandus.
ptolomei quoque restaurator insignis. Scripsit ad paulum
venetum sedis pontificem maximum. laboriosum et mirandum
opus cum picturis super ptolomei tabulis de cosmographia
li. viij. De locis et mirabilibus mundi li. j. Et quedam alia
nobis ad huc incognita. Claruit temporibus eiusdem pauli.
et sixti pontificum Anno domini Millesimo quadringentesimo.
lxxx. Et ante hoc ferme septennium moritur

Cum non omnes nostri ordinis scriptores et viri illustres in
hoc kathalogo signati sint excusacio

Nemo arbitretur hos solos esse quos nominavimus
qui suis ingeniis et opusculis ordinem divi patris
nostri benedicti illustraverunt. cum longe plures et
maiores nos necessitate obmisisse fateri cogamur.
quorum scripta non poteramus agnoscere. Tamen

dubitet doctissimos reperiri huius religionis viros quorum memoriam
in cathalogo non fecimus. propterea quod eorum nomina ignoramus. Non
enim scripserunt ad ambitionem et nominis sui famam propagandam:
sed ad gloriam dei tantum. cuius amore nominum suorum titulos humiliter
~~tacuit~~ transierunt. Ceterum hoc onus posteris relinquimus inqui-
rendi eos qui nostro desunt cathalogo. ut si futuri sunt umquam
in hoc sacratissimo ordine viri qui religionis et professionis
sue laudem et gloriam amabunt. addant de sua vena. ubi
nos viribus exhaustis destitimus: quia nec istos quidem
sine magno labore scriptores invenimus. nec inquirendis
obmissis vacare diutius valemus —

Exhortatio finalis ad studium sacre lectionis

In fine huius secundi voluminis libet eos paruper
alloqui. qui sub norma benedicti patris militantes.
veterum exempla cum possint imitari dissimulant. Duo
fuerunt ab initio que ordinem nostrum gloriosum reddiderunt:
meritum sanctitatis. et scientia scripturarum. quibus extinctis
graviter ruit ordo qui prius fortiter stare videbatur. Si
ergo volumus ordinem nostrum ad pristinum statum reducere: oportet
ut sanctitate vite et doctrina scientie studium impendamus
Neque enim possibile est ordinem in bona reformatione aliter posse
consistere: nisi sanctitatis merito et doctrina fulciatur. Alta
edificia. redditum pinguia vel luculenta predia: non faciunt
stabilem in ordine disciplinam. Sed certe ad studium sacre lectionis
veterum exemplo nobis recurrendum est: quatenus divinis illustrati
in virtute et sanctitate valeamus proficere: et ordinis gloriam et
decorem ex nostris studiis augmentare. Unusquisque iuxta datam
sibi celitus gratiam invigilet: omnes se ipsos utiliter instruant.
Et qui ad doctrinam sunt ydonei. alios quoque inflamment Non est
abbreviata manus domini: ut nobis neget currentibus quod
nostris predecessoribus tam liberaliter condonavit Nihil est
quod nos a studio prohibeat scripturarum si Tunc ita oportune
arriserint cui: tum si non desit studendi voluntas. Magna
enim opportunitas discendi nobis conceditur: quibus impressorie
artis novitas tot volumina scripturarum dietim producit
in lucem iam modico ere quisque doctus esse potest. O felix etas.
que hoc donum adeo promeruit Erat olim librorum magna
penuria: dum preciis maximis et sumptibus parabantur
At nunc iuxta varietatem facultatum ingens copia voluminum.

est: quibus unusquisque ad scienciam scripturarum facile potest accedere
Quid ergo fratres tardatis: Cur secti longius estis vos: Aut putatis
virtutem sine labore. studium sine amore. scienciamque sine usu posse
comprehendi Veteres nostri patres quorum in hoc cathalogo
fecimus mencionem: sine multo labore non sunt credendi ad tantam
sciencie maiestatem pervenisse Sed habet labor ipse solacium:
quem desiderium amoris inflammat Erant homines nobis similes
mortales. infirmitati et passionibus subiacentes. sed vicit
in eis gracia dei. amor scripturarum. insolenciam carnis supe-
ravit Noverunt enim quod amor scripturarum vicia carnis nes-
ciret Nichil enim in hac vita dulcius sentitur. nichil avidius
sumitur. nichil iocundius possidetur Nichil denique ita mentem
a voluptatibus separans deo iungit. quam studium et sciencia
amorosa scripturarum Felix quem divine lectionis amor non
deserit: cuius studium amor dei cupiddit Audeo dicere. amor et
studium scripturarum ignem inextinguibilem extinguit Scripturas
sacras diligunt qui noverunt: quia hec sciencia presertim non habet
inimicum nisi ignorantem Et quidem sua studia singuli ceteris
preferunt: qui autem sacris lectionibus affectualiter inhibet. merito
prefertur omnibus Ergo. Nil homini melius. quam si divina
legendo. figat ibi mentem. quo sibi vita venit Ordinis
igitur nostri carissimi fratres pristinum decorem intuentes.
sic animum scripturis sacris curemus// ut ad eos quos in
ordine laudabiliter et sancte vixisse cognovimus. sanctis operibus
fulgentes et apud mereamur pervenire: et quos modo prece-
dentes sequimur: eorum quoque premiis in celo condonemur. Hoc
fine sedi tractatum illustrium virorum nostri ordinis gaudentes:
deinceps voluminis tercii exordium sumamus

// apponere

Explicit liber secundus agens de scriptoribus
qui in ordine floruerunt Completus
Anno domini Millesimo cccc° xcij. 6. idus aprilis

Venerabili patri domino Gerlaco Bredbach ab
bati tuitiensi ordinis sancti Benedicti frater Johannes
de Trittenheym vocatus abbas in Spanheym
eiusdem ordinis salutem et caritatem. Cum nuper
de annali capitulo Erffordie celebrato simul reuer
tentes de maiestate diuinarum scripturarum inuicem varia
tractaremus et per earum splendorem nostram religionem
quondam gloriosam claruisse fateremur petisti a me
cum multa caritate ut tibi aliquid scriberem quo tuos ad
amorem scribendi subditos efficacius prouocares putabas
enim id multis profuturum et nostris precipue fratribus commen
dandum. Cuius igitur peticionibus preces consulit prebens assensum
promisi quod ingenii mei vires excedere non ignoraui
de adiutorio altissimi et fraterna caritate sumens fiduciam
quibus inchoat ... totiens cupimus armari. Unde mox
ut de occupacionibus meis paululum licuit respirare me
tem fidei cartheis apposui manum et hunc modicum quem
cernis tractatulum de laude scriptorum tribus sermonibus
ordinaui adiutus. In quo si quid minus feci quam debui
curis meis diuersis noueris imputandum quibus
plerumque intendere occupor ut vix michi liceat inter
ceptis curibus ad optata studia remeare. Suscipiat
itaque caritas tua pater amande librum quem petiuit
legat examinet: et si dignum iudicauerit ad aliorum
quoque noticiam fratrum peruenire faciat. Potest enim fieri
ut eius lectione fratres in amore scribendi roborentur.
Tu autem cepta via progredere scripturis sanctis in
tende tuosque fratres ut idem faciant modis omnibus
exhortare. Intueantur scilicet illud et venerabilem
virum Rupertum quondam abbatem tuitiensem qui vel

poterit

solus ad exercitium studendi eis sufficere. Qui autem singulari desiderio scripturas divinas legendo et orando perurgeret per visionem spiritu sancto docente tantum in eis meruit proficere ut scilicet in exponendis archanis scripturarum suo tempore non haberet parem. Quod si ad eius mensuram studendo non valemus proficere numquid a conatibus nostris propterea erit desistendum? Numquid excellencia ceterorum nos ab accessu sacre lectionis removebit? Minime. Si non possumus augustinum imitari sive gregorium imitemur saltem illos quorum doctrinam ab aliis novimus emanasse. Unusquisque autem proprium donum habet a deo unus sic alius vero sic. Hoc summopere caveamus ne in agro domini co steriles existamus. Vale nostri memor. Anno domini Millesimo quadringentesimo Nonagesimo secundo, quarto nonas octobris

Incipit tabula presentis voluminis de laude scriptorum domini iohannis Abbatis Spanheymensis ad dominum Gerhardum abbatem tuitiensem

Incipit liber de laude scriptorum Iohannis Spanhemensis abbatis ad dominum Gerlacum abbatem tuitensem

De laude scriptorum facturi sermonem illius invocamus
auxilium qui sinceris scriptoribus vite claritatem
eterne promisit in premium. Nempe qui ad iusticiam
erudiunt plurimos fulgebunt sicut stelle in perpetuas
eternitates. Quod non solum de illis qui de sua vena nova
cudunt sed etiam de hiis qui ab aliis utiliter edita transcribunt
intelligendum esse in sequentibus domino largiente monstrabimus.
Nam quantumcunque utilis fuerit doctoris tradicio absque mi-
nisterio scriptoris nequaquam ad noticiam posterorum deducitur.
Quicquid enim agimus quicquid fructuose docemus in oblivi-
onem cito rapitur nisi scriptorum studio litteris commendetur. Scrip- x
tores ergo virtutem dant verbis memoriam rebus vigorem
temporibus. Hos si de ecclesia tollas vacillat fides caritas friget
spes perit iura expirant confunditur lex in oblivionem
transibit evangelium. Denique si scriptura defecerit dispergetur populus
devocio extinguetur pax unitatis catholice confusa turbabitur.
Sed absque scriptoribus non potest diu scriptura salva consistere. Im-
pressura enim res papirea est et cito madefacta tollitur.
Scriptor autem pergameno commendans litteras et se et ea que
scribit in tempora extendit longissima. Unde ipse ecclesiam
ditat fidem conservat hereses destruit vicia pellit mores
instruit dat incrementa virtutibus. Scriptor devotus
qualem describere intendimus deum laudat angelos letificat
homines confortat iustos peccatores emendat humiles salvat
bonos conservat dampnat pertinaces. Scriptor pietate
insignis secreto dei est qua illius voluntatem presentibus et futuris
denunciat bonis et sanctis felicitatem eterne vite spondet

penitentibus venia negligentibus pena contempnentibus
dampnacione pollicetur Unde hac arte salubrius quid
commendabilius pietate quam deus diligit colunt angeli celi
cives universi venerantur Hec est enim que fidelibus
arma fabricat contra hereticos superbos deicit demo
nes spoliat normam vivendi ponit perpianis Hec est que in
scios docet pusillanimes corroborat devotos colit amore
constringit pacificas Unde est quod in laudem scriptoris a
me possit dici Unde quid de pero laudibus eius minus est
quia prius in me angustius artabitur spiritus quam tanto con
digna desit honori materia Contingit michi fateor quod
imperitis oratoribus plerumque solet accidere qui rerum
de quibus tepexant loqui maiestate conterriti nec loqui
possint quod sentiunt. Hec rursus ob verecundiam tacere pre
sumunt Unde fit ut dum ordinem et reglas dicendi tam
sire trepidi metiunt a proposito utilitatis cadunt Nam sicut
spiritus prophetie aliquando etiam prophetas ad tempus deserit
ita oratoribus usitata quoque non semper adest facundia Quanto
facilius ergo in tremorem incutitur qui nec rethor sum nec
ydoneus latam exornare sermone materiam Heret lingua
palato arida. spiritus premit sicca precordia. tremit calamus.
solum viget in pectore scribendi desiderium Nemo igitur estimet
in rerum maiestate defectum enim vero non materia deficit sed
verbis conficiam tamen christo iuvante quod potero Caritas enim
est mihi causa laboris De commendacione et utilitate
sacre scripture capitulum secundum

Verum antequam laudes et utilitatem scriptorum ulterius
prosequamur libet in commendacione sacre scripture
paulisper laxare calamum ut sciens qui ad scriben
di studium provocandi sunt prius in amorem
sacre sciencie compellantur Nisi enim patula fuit utilitas

opis non sentit animum persuasio laboris Scriptura igitur
sacra fratres carissimi ad multa nobis utilis est que quasi na-
vicula in hoc mari magno amatores suos sine periculo
transducit ad litus dum mentem a terrenis levat ad ce-
lestia. tribulationes mitigat labores lenigat vitia ex-
tirpat virtutes plantat caritatem accendit auget fidem
devotionem excitat nutrit veritatem Cum hanc amave-
rit virtus est si tamen in semitis eius usque ad terminum vite
permanserit Melior est acquisitio eius negotiatione auri
et argenti primi et purissimi fructus eius preciosior est
cunctis opibus sciencia scripturarum et omnia que in hac vita
desiderantur ab hominibus huic non valent comparari Lon-
gitudo dierum in dextera eius et in sinistra illius divi-
cie et gloria Vie eius vie pulchre et omnes semite eius paci-
fice lignum vite est hiis qui apprehenderint eam et qui
tenuerint eam beati Ipsa enim cor hominis purificat in-
tellectum illuminat accendit et dulciter inebriat affectum
Hanc amavi et exquisivi a iuventute mea in sponsam
elegi eam et amator factus sum forme illius Genero-
sitatem illius glorificat contubernium habens dei sed et
omnium dominus dilexit illam Doctrix enim est discipline dei
et electrix operum illius Speciosior est sole et super omnem
dispositionem stellarum luci comparata invenitur prior
quia lumine eius tenebris numquam extinguntur Cum amat
sciencia scripturarum stabilitur inparata habitaculum eius
Non enim habet amaritudinem conversatio illius nec
tedium convictus eius sed leticiam et gaudium O quam mi-
rabilis quam dulcis scripturis in est ordo doctore ubi desi-
derium semper crescit satietas numquam parit fastidium
ubi esuries sacia sine fine restore ubi inanitas non
arguitur sed magis importunitas crebra laudatur In hac

notitia verum salutarium distribuit: et credentibus atque
eadem operantibus vitam eternam promittit. preterita sine
falsitate describunt presentia plus quam que videntur ostendunt
futura quasi iam presentia narrat. Ubique in eis veritas elucet
ubique divina virtus irradiat ubique pendunt humano generi
ad anime salutem necessaria. Quid enim in libris sacris utilitate
et suavitatis non invenias si puro lumine mentis intendas
fortibus Ibi est quod comedat ibi habet quod parvulus sugat. Ibi histo-
ria veritatem facti denuntiat allegoria fidem roborat mores
tropologia format ad celestem patriam anagogia mentem
levat. Tota enim scriptura virtutibus plena est si mente devo-
ta et intenta legatur. Nichil ibi ociosum nec unum quidem i-
ota inaniter positum est. Omnia sunt plena misteriis et
pietate. Nam istas leges ratio humana non reperit sed ho-
minibus sacris virtus celestis infudit. Quas nec bene datur
intelligi quam eas vera et utilia predicare mens devota cre-
diderit. Carnalis autem homo quantumcumque inflet scientia
sacras nunquam veraciter scripturas intelligit. Amator studio-
sus scientie salutaris quietem cordis facile consequitur
quia dum doctrine scripturarum intentus est minus de mundi
vanitatibus pulsatur. Veraciter enim dixit ille virtutis ama-
tor: Ama scientiam scripturarum et vitia carnis non amabis. O si
nunquam cessaret a talibus studiis, procul profecto tolleretur
locus. Et ociosum tempus non haberet animus inquieta
mortalium hiis beneficiis larga pietate collatis nunquam pro-
cedendo ingrata existeret. O si claustrales hiis nunc ut
olim disciplinis intenderent quam utiles forent ecclesie. Gloria
enim scripturarum est quod humiles ponit in sublimi pauperes ditat
despectos glorificat devotos sanctificat prelatos ornat mo-
nachos a mundo segregat vitiis purgat virtutibus facit splen-

dere preceptis Ipsa est enim que fidem format caritatem ornat spem
erigit iusticiam commendat temperanciam laudat pruden-
tiam regulat ad normam pietatis Scriptura sacra fons
est sapientie via iusticie forma discipline apotheca
salutis magistra veritatis hanc si amaveris invenies
eam et si in conuictu eius permanseris delectabit cor
tuum ineffabiliter ita ut omnes huius mundi honores
et divicias incomparabiliter illius veluti pulverem tempo-
ralis exiguum Docebit enim te adversa mundi cuncta omnia
oblectamenta spernere pulchra ut feda estimare Si
hanc sponsam dilectam habueris nunquam pre angustia
tristis eris sed semper iocundus semper hilaris semper in
amore dei proficiens Insuper exaltabit te coram deo et
hominibus eris more omnium admirabilis et proceres tui ve-
nerabuntur te Non erit qui contradicat sermonibus tuis
habebis amicos reges et principes et de remotis terre
mittent eulogia tibi Eris sine ambitu gloriosus
et absque turbacione pacificus Ineffabile donum
consequeris ab ea quia eris venerabilis diis hominibus
liberabit te a vinculo carnis huius corrupte et ducet
te ante thronum dei omnipotentis ubi stola
iocunditatis vestieris Fortis est [illegible] et valde
honorifica unde sine periculo illa prestante castra
inimicorum transibis Habet enim cognicionem dei
amica Quicunque igitur es qui anime tue salutem diligis
ab hac magistra non discedas eius precepta noli negli-
gere ut ad amorem dei valeas pervenire Ad cuius
continuandam amiciciam librorum sacrorum copia tibi ne-
cessaria est Sine libris enim ad eius familiaritatem
non potes pertingere Quantam diligentiam veteres
in colligendis libris habuerint Capitulum tercium
Tam nunc igitur exemplo veterum etiam gentilium

te ad amorem librorum excitandum conabor. Plus enim aliquando
proficiunt exempla quam verba, quia dum alios hoc quod monemus
egisse conspicimus minus de laboris duritia formidamus.
Quod autem singulare promittitur a suscipiente gravius iudi-
catur. Gaudet humana infirmitas consortio plurimorum
et minus terret crebrius usitatum. Si ergo perpendamus quanta
veteres in colligendis libris diligentia habuerint, stu-
dia nostra ut ludus puerorum iudicantur. Nullis illi peper-
cerunt expensis, nullos formidaverunt labores quibus
multitudinem congessissent librorum. Unde non solum suarum
gentium volumina coemebant, sed quarumcumque exterarum
nationum dicta vel facta in sua lingua transferentes
ad bibliothecas publicas condendas satagebant. E quibus
apud Grecos bibliothecam Phisistratus tirannus pri-
mus instituisse legitur, quam demum ab Atheniensibus
auctam Xerxes incensis Athenis evexit in Persas,
longoque post tempore Seleucus Nichanor rursus in Gre-
ciam retulit. Hinc studium regibus urbibusque ceteris
natum est comparandi volumina diversarum gentium
et per interpretes in grecam linguam vertendi. Dehinc
rex Allexander cognomento magnus, quamvis bel-
lis continue ageret incursibus, mirum tamen
in modum instruendis omnium librorum bibliothecis ani-
mum intendit. Quid dicam de Ptolomeo Phila-
delpho omnium litterarum sagacissimo, qui cum studio bib-
liothecarum Phisistratum emularetur, non solum gentium
scripturas sed etiam divinas litteras magnis sumptibus
a septuaginta interpretatas in bibliothecam suam
contulit. Nam septuaginta milia librorum his temporibus Al-
lexandrie inventa sunt. Plato princeps philosophorum
tantum amorem habuisse fertur ad libros ut Philolai
Pithagorici tres libros decem milibus denariorum

fuit

fuerit mercatus Aristotiles quoq; nō minoris glorie
apud pthios paucos libros Speusippi ph'i p9 mortem
ipius emit talentis atticis tribus que faciunt nu-
mos septuagīnta duo milia Exhibimus ss gentilib9
amatorib9 librorū quorū ingenijs docti sumus ad nos trāseam9
Ambrosius discipulus et amicus necessarius origenis
incredibile studiū gerens ad libros origenē cottidie ad
scribendū hortabatur ita vt compulsore opibus eū orige-
nes in quadam epl'a notauerit Beatus martir pam-
philus presbiter eusebij cesariensis epi tanto desi-
derio flagrauit ad libros diuinos ut cooperante
eusebio ingentem voluminū copiam apud cesaream
congregauerit Sanctus etiā psb'r Ieronimus ab vrbe
secedens cū oīa mundana contempserit bibliothecam
solam ~~cum~~ se fatetur non potuisse deserere Augustin9
catholice doctor eccl'ie precipuus cū moreretur quasi
pro singulari testamento commisit fratrib9 vt bibliothecam
ecclesiasticam diligenti studio custodirent Longum esset vel
lucis amatores librorū precipuos quos nouim9 indicari
trāscurrere qui ab initio xpiane fidei vsq; ad meam etatem
diuersis temporib9 claruerūt Dant amori sacro testimonium
infinita pene volumina que sub bibliothecis illi tradide-
runt Videmus in multis cenobijs maxime ordinis nostri
preclara et antiquissima exemplaria que mira subtilita-
te conscripta diligentiā veterū vt viua declarant
Erat olim abbatib9 et monachis nostri ordinis ad libros incre-
dibile studiū quippe qui nouerant curam in eis infirmarum
continere remediū Libri enim sunt qui nobis future
vite desideriū incuciunt presentis incolatus labores mi-
nuunt vicia depellunt virtutes inserunt constantiam
in tribulacione conferunt temporibus contrassi senectutē lar-

gunt. Quid enim sapere nisi terrena possemus si consolationem
non haberemus scripturarum. Denique a mentibus nostris fides catholi
ca cito defecerit si non esset nobis in promptu remedia librorum.
Nichil ergo melius quam divinis scripturis cum amore incumbere
quibus instruimur quemadmodum in via dei possimus ambulare. Cum
autem scripture legi non possint nisi scribantur, utile et necessarium est
ut monachi ad scribendum eas in cenobiis exerceantur. Inter
omnia enim exercitia manualia nichil adeo decet religiosos sicut
huic sacratissime arti devote insistere. Quantam diligen
tiam veteres et sancti patres in describendis libris fecerint. Ca. 3ti

Denique si historias transactis temporibus diligenter
inspiciamus quantam curam veteres et sancti
patres in conscribendis libris propriis eorum sacratis
manibus impenderint erit ad mirabile. Sciebat
enim geminam huius artis utilitatem quod et sibi multipliciter ad
tempus et etiam proficiebat et posteris ad vite honestatem con
ducat. Sanctus pamphilus martir de quo iam supra diximus
intantum huius artis amator fuit ut maximam partem librorum orige
nis propria manu describeret. Et tamen vir qui tempus christi donec
officium scriptoris tam ferventi desiderio subire non renuit quid
nos uiniculi dicturi sumus qui in monasteriis sine cura temporalium
rerum degentes nec veterum exemplo nec prelatorum precepto manum
dignamur apponere scripturis. Martir hic sanctus in testimonium desidie
et pigritie nostre stabit adversum nos qui negligimus imparare sequi
quod illi cum magno desiderio amoris operatus est in persecucione.
De sancto ambrosio episcopo mediolanensi legimus quod omnes libros
a se editos propria manu descripserit. De quibus ego, ne paucos
putares, ultra trecentos iam reperi. Quis nunc audeat
gloriari quod centum libros ab aliis compositos in ocio monasterii
descripserit cum hic beatissimus pontifex in cura ecclesiastica
positus et multipliciter occupatus etiam quos edidit plures

scripsit. Amor autem scripturarum cultores suos nunquam
sinit esse ociosos. Sed quia hunc in nobis lectura negli-
gimus ocio inerti torpentes etiam que nobis ad operandum
facilia sunt difficilia redduntur. O quam felix esset
ordo noster si veterum exemplo studiis scripturarum
incumberemus. Intueamur antiquos abbates et mo-
nachos nostre professionis columnas Bedam Rabanum
Albinum Cassiodorum Reginonem Petrum Damiani
et ceteros quanta diligentia libros veterum descrip-
serunt quibus nullus labor durus nulle expense gra-
ves videbantur quibus augere potuissent bibliothe-
carum suarum ornatum. De hac industria Cassiodorus
et Petrus Damiani predicti singulares atque precla-
ros tractatus ediderunt. Sed nec Ruppertum vestrum
Tuiciensem abbatem o fratres carissimi negligenter
preterire debemus cuius profunditatem ingenii tot vo-
luminum congeries fulgida decorant. Ipse enim
cum esset vir devotus et dei scripturarum sanctarum
ardentissimus amator per visionem nocte divinitus
illuminatus est ut in exponendis scripturis sacris suo
tempore tota Alemania equalem non haberet. Compo-
suit multa egregia opuscula que prius maioribus
Ambrosii exemplo conscripsit aliisque scribenda
hilariter communicavit. Extat quos Cuno abbas
Sigebergensis cenobii vir in divinis scripturis
studiosissimus omnes pene tractatus quos ille ediderat
tam per se quam per fratres suos fecit excopiari. Et credo
quod maior pars eorum in prefato monasterio Sigebergensi
adhuc habeatur. Sed et Ruppertus ipse diversarum
artium libros colligens apud Tuicium bibliothecam
ornatissimam instituit que temporum malicia interiit.

postmodum dissipavit. In multis quoque cenobiis nostri ordinis
usque hodie in scribendis libris veterum diligentia palam ostenditur
dum saepe unius manu viginti vel triginta magna volu
mina scripta reperiuntur. Denique in vita sancti Martini
pontificis Turonensis narrat Sulpicius quod in eius monasterio
nullum praeter scriptorum exercebatur artificium. Ex quo plane
colligitur quod etiam veteres sanctissimi patres hanc felicem
industriam cunctis aliis manualibus exercitiis utiliter praepo
suerint. Nemo igitur vestrum fratres carissimi refugiat quod
sanctos patres tanta diligentia frequentasse non ignorat.
Sicut nobis scribendo illi profuerunt ita et nos posteris
monimenta salutis praeparemus. Nam si veteres olim non
scripsissent quid haberemus modo legendum quo esurientem
pasceremus animarum. Enimvero nisi brevitati consulere
statuissem adhuc multa in laudem veterum scriptorum
diligentiae liberet adducere. Sed cum scientibus historias
loquor ceptum volo abbreviare sermonem. Quod proprium monachorum
officium et conveniens sit describere libros. Capitulum sextum.

Intendamus fratres quid ad propositum Paulus apostolus dicat,
quid sanctus quoque legifer noster Benedictus protestetur
in regula. Ipsi enim sunt duces nostri quorum nos decet
auscultare et obedire preceptis. Primus sic ait: Qui non
laborat nec manducet. Secundus vero dicit: Tunc
vere monachi sunt cum de laboribus manuum suarum vivunt.
Ergo si manducare vetatur qui laborare non vult, mo
nachi otiosi aut non manducent aut se preceptorum
apostolicorum transgressionem agnoscant deliquisse. Si autem
nisi manducantes non possunt vivere, laborandum erit
ut manducantes et laborantes etiam bene valeant
vivere. Nam vivere et non bene vivere est iam mori incipere.
Male autem vivit qui aliter quam debet vivit. Debemus

at

ante omnes ad regulam viuere preceptorum dei et ecclesie
Cum ergo viuit ociose non viuit ad tradicionem ecclesie
et ideo male viuit Male autem vite terminus si morte
fuerit interceptus pessimi status initium est Item
si veri monachi sunt qui de laboribus manuum suarum vi-
uunt sequitur ut sint non veri monachi qui ociose torpes-
santes laborare contempnunt Cum autem verus monachus
non est quid est Professus monachus eo est quia omne quod
veritati contrariatur non est ut esse debet Quod autem non est
ut debet summe veritati contradicit que omnibus rebus debitum
essendi ordinem constituit Ergo veraciter non est labor-
andum nobis itaque karissimi fratres ne offendamus apostolum ociose
manducantes ne desinamus esse quod ut essemus
monasterii claustra subiuimus Nullus autem in cenobio
labor est qui magis nos decorat magis nostre professio-
ni appropinquet magis sue expediat officio scribendi
Nam diuinis mancipati seruiciis forte non valemus
duros grauesque agrorum labores perferre non possumus
quia si foris in operibus rusticis nos per diem fatigari
contingeret diuinum officium nocturno deperiret Cum
dei seruicium omnibus sit preponendum laboribus iudicandum
foret obmissis interioribus monachos operibus absumi
exterioribus labor autem scribendi non occupat horas diui-
no mancipatas officio quia dum horarum cursus per
interualla temporum extenditur operis sui spacium scriptoribus
aptum reseruatur Legimus enim de sancto beda presbitero et
monacho quod se a diuino seruicio raro consueuerit ab-
sentare sed interuallo horarum capto pene libros conscrip-
sit innumerabiles Cuius si abbas vtile iudicauit
scriptor necessarius a ceteris officiis nonnunquam poterit
supportari Sed in hac libertate circumstancie debite sunt

necessario pensande. Non enim in omni spiritu fides ad
hibenda. Officium monachi est sua et aliena deplangere
peccata et dominum cum timore prestolari adventum ora
tionibus et contemplationi insistere mundum fugere inso
litudine sedere. Sed quem hoc tempore monachum dabis
michi unum e milibus qui in monte contemplationis ut
debet ascenderit. Quem invenies ex omnibus oratio
nibus et lacrimis compunctivis semper intentum. Tu ergo
ad orandum segnis desides ad contemplandum rudes ad
compunctionem et lacrimas aridi quibus studiis horum
defectus melius compensare possumus quam si librorum
sanctorum descriptioni invigilantes aliis et nobis viam
proficiendi ostendamus. Si quis autem est qui orationi et
contemplationi vacantibus horis utiliter et constan
ter valet insistere a labore scribendi erit excusandus.
Sed hoc rei examinato in abbatis vel alterius viri ex
perti discretione posita sit. Non enim facile credendum
est devotionibus iuvenum. Sepe namque dum se ad
montem contemplationis pervenisse existimat periculo
sissimis erroribus appropinquant. Igitur o abba si
monachum adolescentem nondum actuum moribus
bene institutum sed adhuc suis passionibus subia
centem etiam in tertium celum rapi videris noli
credere noli permittere sed arreptis pedibus eius ad
terram trahe ut discat nichil altum sapere sed humilibus
consentire. Verum in hiis non dicimus quod debeas
prohibere eum qui potest bonum facere sed ut tales ordine
instruas et doceas proficiendi. Nemo enim repente
fit summus sed certis gradibus ab infimis homo levatur
ad superos. Cum carnem suam crucifixerit cum viciis
et concupiscentiis et passionibus suis nonnunquam dominari
qui sub obedientia humiliter conversari didicit etiam

[illegible]

si iuvenis sit idoneus et montem contemplationis conscen-
dere. Eum autem qui adhuc passionibus animalibus pre-
iatur, qui adhuc infirmus est ab accessu montis
movemus pedes retrahere et exercitiis active vite
devote operam dare. Huiusmodi tales ad scriptoris sunt
deputandi officium. In nulla ~~vero~~ enim re monachus amplius
active perfectione appropinquat quam si divinas scrip-
turas caritate sincera transcribat. Nam unde ele-
mosinam dabit qui nichil habet? Scriptor autem devotus opera
misericordie abundanter et perfectius implere dinoscitur.
Hinc quid sit teneant: Predicat atque studet scriptor
largitur et orat. Affligitur, sal dat, fontem lucemque futuris.
Ecclesiam ditat ~~ornat~~ armat custodit honorat. Quis
labor tali utilior qui tot prerogativis honoratur.
Denique si quis de hac materia plenius informari
desiderat librum cancellarii parisiensis de laude scriptorum
legat. Ibi enim ~~[illegible]~~ iam dictas scribendi
utilitates copiose videbit expositas et in laude
boni scriptoris plura congesta sintagmata. Nullus pro-
labor est qui manibus exercetur qui proposito nostro magis
conveniat officio scribendi. Hoc monachi antiqui
considerantes cum incredibili desiderio libros de-
scribebant scientes hanc artem omnipotenti deo sin-
gulariter esse dilectam. Ipse enim vult nos suam vo-
luntatem scire et facere. Que voluntas eius ad noticiam nostram
nequaquam pertingeret si scriptores librorum non fuissent.
Nuncii ~~dei voluntatis~~ itaque voluntatis dei sunt.

Quam bonum et utile sit monachis huic studio insistere. Capitulum sextum

Magna ergo huius sacratissime
artis utilitas que non solum presentibus sed etiam fu-
turis ~~[illegible]~~ annunciat voluntatem dei. Monachi
autem qui non docentis sed plangentis habent officium

cum sermone praedicare non valeant manu loquuntur. Et
maior est scriptoris pietas praedicantis officio, quia praedica-
toris cum tempore cito perit memoria, scribentis autem an-
nunciatio in annos plurimos perseverat. Praedicator
tantum loquitur praesentibus, scriptor autem praesentibus persuadet atque futuris;
illius sermo semel auditus cito defluit, istius exhortatio mil-
lesies repetita nunquam minuitur. Sed praedicator mortuus
cessat officium, scriptor etiam mortuus ut vivus est ad doctrinam
in libro idoneus. Parum insuper valet officium praedicantis, si
scriptoris ministerio non iuvetur. Quid enim praedicabit
si non habeat libros scripture divine? Quatuor utilita-
tes maximas in scribendo devotus sibi consequitur. Tem-
pus quod preciosissimum est expendit fructuose, eius dum scribit
intellectus illuminatur, affectus ad devotionem accenditur, post
hanc vitam copiosius remuneratur. Nam quemadmodum
posset tempus fructuosius expendere quam tali officio
incumbere, cum amore cui assistentes angeli sancti con-
gaudent, deus favet, ecclesia devota occurrit. Interim
quod scribit malas cogitationes molestas non patitur,
a verbis ociosis vel inutilibus non foedatur, nichil agit
aliud quam quod ad devotionem provocet intuentes. Etiam
dum scribentis utiliter intendit studio, in cogniti-
onem scripturarum paulatim introducitur et intus
in animo delectabiliter illustratur. Fortius enim menti
scripta quam lecta imprimimus, dum ea quae scribimus
cum morula tractamus. Mens quoque scribentis ad
devotionem felicius compellitur, dum scripturas sedule
ruminans ardentius inflammatur. Quale autem scriptori
devoto premium in celo debeatur, ex precedentibus ad
partem colligitur, ubi scripturarum sacrarum fructus de-
scribuntur. Credimus enim quod scriptor devotus in

futura vita praedicatoribus aureola non praeferetur. Nam
quod ille loquendo hic scribendo laborans utrique consequetur.
Fuit in monasterio quodam nostri ordinis in diocesi Moguntina
monachus quidam devotus qui in scribendis ad ornatum
bibliothecae voluminibus magnum habebat studium
ita ut quotiescumque a divinis officiis vacare contin-
geret ad cellae secreta se conferens huic sacrato
labori insisteret. Unde et multa sacrorum patrum opus-
cula magna cum devotione excopiavit. Huius mortui
ossa cum post multos annos levarentur de terra tres di-
giti dexterae manus quibus tot volumina scripsit in
signum meritorum adeo integri et incorrupti reperti
sunt ac si recenter sepulchro fuissent impositi.
Reliquum corporis usque ad ossa ex toto videbatur absump-
tum. Quo uno testimonio colligitur quantum meritorum
deo placitum sit cum devotione studium scribendis
sacrorum libris impendere: quod erga monachum divinitas
tam clementer dignabatur demonstrare. Nos utilita-
tem autem viventium defunctorum etiam merita re-
velant. O fratres si sciretis huius artificii utilitatem
non essetis tam desides ad scribendum. An putatis deum
virtutibus placere stultorum? Est melior est obedientia quam victi-
mae. Magis meritum habet apud deum frater qui ex obedientia
devote unum librum qualemcumque descripserit quam
frater qui etiam devote sed ex propria voluntate per totum
tempus quo ille scripserit contemplationi cum lacrimis
instetit. Omnibus enim virtutibus utrique obedientia praefertur.
Monachus ergo bonum opus propter obedientiam si iubetur debet
dimittere et abbatis non suam sequi voluntatem.
Malum autem propter obedientiam numquam est faciendum. Itaque
fratres nolite hoc bonum negligere nolite scribendi

studium ut vile iudicare. Magnum quippe bonum est ecclesie
catholice ac animabus viris singulare refugerium.
Qui quod in eo se exercitaverit: maiora sentiet oblecta-
menta studii quam ego vel quispiam alius calamo pos-
simus depingere. Incipite cum desiderio et cum amore
perfectis. Gaudeat unusquisque in domum dei que est ec-
clesia aliquid scribendo reposuisse. Clemens et
iustus est deus labores vestros tam pios tam utiles
tamque necessarios ecclesie sine remuneratione max-
ima non transibit. Quod propter impressuram non
sit a studio scribendorum voluminum desistendum. Capitulum septimum

Nemo dicat fratres nemo cogi-
tet quid me necesse sit ~~sit~~ ut in scribendo fatigarer
cum ars impressoria tot ac tantos iam li-
bros transfunderit in lucem ut modico ere magnam
bibliothecam possimus instruere. Vere quicunque talia
loquitur ocio suo tenebras occultationis construere
conatur. Quis nesciat inter scripturam et impressuram
librorum magnam constare distantiam. Scriptura enim
si pergameno infigatur ad mille annos poterit perdurare
impressura autem quia ut supra diximus res pa-
pirea est usque ad centum vel ducentos annos in vo-
lumine perseverabit. Etiam si multa volumina im-
pressa sint in diversitate tamen ex toto adeo imprimentur
quin semper ad describendum quod impressum non sit
valeas invenire. Nec facile quisquam omnes impressos
libros vel invenire vel comparare sufficiet. Ego autem
adhuc plus quam denos millenos libros non impressos
agnovi. Et si omnes libri totius mundi imprimerentur
a studio suo scriptor devotus nequaquam debet desis-
tere sed etiam impressos per scripturam perpetuare qui alio-
quin diu non valebunt subsistere. Hoc enim

faciet

faciens dabit nutantibus firmitatem prius magni
tudine caducis temporibus constantiam. Devotus scriptor
semper inveniet quo in libris officio mereatur.
Non patitur se constringi sub conditione impressoris
liber est et libertatis sue gaudebit officio. Neque im
pressori scriptor est inferior ut suum studium deserat
propter illius continuationem. Sed illo consulte preterito rec
ta levius via progreditur sciens suam apud deum cor
onam non esse minuendam quantacumque importunitate
alterius. Cum autem devoto a studio scribendi cessat qui
multos dietim libros impressura in lucem condemnat verus
amator scripture non est quia virtute huius inclite artis peni
tus ignorat. Nos igitur fratres mercedem huius sancti laboris
metuentes ab eo nullatenus desistamus officio etiam si
multa milia librorum habeamus. Nunquam scriptis volu
minibus impressa poterunt comparari. Nam orthographiam
et ceteros librorum ornatus impressura frequenter non
servavit. Scriptio autem maioris industrie est. De

orthographia capitulum decimum

Sit autem scriptor devotus sicut velit im
plere officium et libros quos scribit pul
chra reddat venustate ornatos dili
gentissime observet precepta orthographie sine
quibus libri quantumcumque sint utiles despecti et
contemptibiles redduntur. De hac autem eam copiosa
syntagmata sunt nostris et prioribus temporibus edita que singula
innumerari. Exempla enim veterum minoribus
scriptoribus nostris loco preceptorum sunt. Inspiciamus
volumina antiquissima que scriptores eruditi
conscripserunt et capiamus ab eis huius industrie
oportuna exempla. In quibus nonnullos invenimus
scripture adeo exactam adhibuisse dilige
ntiam ut non solum recte scripserint sed etiam per

notas tolle · et stemmata pulchra venustate volumina
sua distinxerunt ut etiam ipso aspectu ad lectionem
eorundem provocarent. Quamvis et apud veteres
etiam inepti scriptores codices suos neglexerunt sed
tu sequere carismata meliora. Antiquitas autem non
passim admittebant scriptores sed tantum docti et eruditi
qui a peritia notarum · notarii sunt vocati. Et illi non
solum pulchra sed etiam emendata volumina mira subtilita
te scripserunt. Hos velim imiteris quia iustum est
ut sacra scriptura sine mendis scribatur dignumque
ut pulchro semper decoretur ornatu. Quid dicam de
quibusdam temporis nostri scriptoribus qui nec se intelligant
quod scribant adeo pigri ac desides sunt ut nec ve
lint quod possunt. Hi sunt corruptores rectitudinis
scripturarum nimis stulti et perversi qui voluntatem dei
quam scribentes cum tremore amirare debuerant ne
gligenter tractant. Si tam severe corripitur qui pape
licet tantum hominis litteras falsificat qua pena dignus est qui
dei scripturas depravat. Sicut bonus et devotus scriptor
multa bona confert ecclesie ita desidiosus et ne
gligens ei multa infert dampna. Quod falsa pro
veris annunciat ecclesiam fraudulenter spoliat lectores
suos decipit intellectum tollit ordinem docendi per
vertit. Hec dixerim de his qui collato sibi dono
scribendi vel ex pigricia vel ex voluptate abutuntur.
De illis autem qui nunquam eruditi fuerunt quod possunt non
est tam dura proferenda sententia. Nemo enim pec
cat invitus. Cum ergo scriptor devotus librum aliquem
descripserit conferat ad exemplar et si quos er
rores invenerit studiosa emendatione castiget.
Hoc faciens et ipse scriptor idoneus et rectus erit
et lectoribus proficiendi viam non precludit. Si fieri

ut decorent libri pulchro ornatu et etiam aspectu
ad lectionem provocent intuentes. Hoc veteres magno
studio procurasse agnovimus ut venustas librorum exterior
interiorem pulchritudinem commendaret. Caveatur tamen ne
ornatus librorum sit curiosus quia ubi commendatur honestas
curiositas reprehenditur. De talibus dicit Hieronymus quod codi-
ces delectant ipse pulchros potius quam emendatos et
de multitudine eorum quam intelligendi est. De hiis qui scribere
non possunt quibus occupentur ut huius sancti operis valeant
esse participes. Capitulum Nonum.

Si qui essent adeo rudes et aridi ut penitus scribere
non valeant hiis imprimis suademus ut discant.
quia nihil est difficile bone voluntati. Quod si discere
non potuerint consilium impendimus ne tam sancti et
deo dilecti operis negligant fieri participes. Scriptoribus
itaque manibus saltem succurrant si in hoc imitari nequeant. Unus cor-
rectis unus corrigat quod ille scripsit alius rubro appo-
net minio per notas alter distinguat quartus lectio-
nibus habilem faciat ac ligat asseribus. Iste aptabit asseres
ille corium ad ornatum laminas alter preparabit. Nullus
desit ministerium quo scriptor devotus poterit relevari.
Denique ad scribendum codicem multa pertinent que singula singu-
li valeant preparare. Scindat unus pergamenum alter
purget tertius scriptoribus per lineas aptet alius incaustum
pennas alius ministret. Denique habetis fratres quo scriptores
vestros supportetis. Nec displiceat vobis si scriptor in
dicto abbatis idoneus ab oneribus quibuscunque talibus interdum
supportatur. Gaudeat unusquisque et se feliciorem potius
existimet dum suo ministerio scriptorem divine scripture
supportat. Vos alloquor fratres qui aliqua necessitate
constricti scribere non potestis vobis intentionem per ipsa
dogmata hic figuramus. Veteres intueamini monachos
nostri ordinis ut Bedam Rabanum Haymonem ceterosque

abbatum et monachorum insignium contemporaneos atque disci-
pulos cum quanta hilaritate scribentibus ministrabant Incre-
dibile namque studio scripturarum ferventes beatos se iudicabant
si doctores et scriptores suos in aliquo iuvissent Hoc stu-
dium monachorum sanctitate magnum illustre ordinem nostrum
quondam exaltavit quo deficiente ordinis decor pariter
collapsus est Itaque fratres mei carissimi singulos vos exhor-
tor ut pro decore ordinis studio scripturarum ferventer insis-
tatis fructum sine dubio recepturi a deo coronam in-
marcessibilem Nemo se excuset a labore scribendi
qui esse suum amittere non consentit Si non potes ornate
scribere scribe ut potes tantum ne sensum scripturarum
per tuam negligentiam corrumpas Malo ego codicem emen-
datum quam pulchrum et viliter scriptum quam nullum Ne
dicas ergo quia bene scribere non valeo scribe ut potes
a te amplius non exigitur. Quales materias mo-
nachi debeant scribere Capitulum decimum iiij :

Si vero queritur quales materias monachi de-
beant scribere breviter respondemus quod tales
quales obedientia superiorum iniungit In abbatis enim vel
prioris arbitrio est quid scribendum velit iniungere
Caveant autem ne infirmis fratribus tales materias
ad describendas committant quibus infirmiores
fiant Non enim expedit omnes materias legere
omnibus Et si quid tale scribendum fuerit committatur
fortioribus et eruditis qui noverint sugere mel de
petra et oleum de saxo durissimo Libri autem doctorum
precipue quibus divinas explanavere scripturas mo-
nachis singulari studio scribendi sunt quia expositis
ad intellectum misteriorum dei copiose instruunt
Sed et tractatus eorundem qui ad devotionem excitandam
idonei sunt a nostris scriptoribus precipua intentione
sunt scribendi Et generaliter omnes libri qui vel bonis

moribus instituendis vel orthodoxe fidei deserviunt
ad monachorum studia sunt comparandi. Sed et secularium lit-
terarum codices vetustissimi quorum notitia ad intelligendas
sacras scripturas nobis valde necessaria est. Hoc monachi vete-
res non ignorantes in omnibus disciplinis scolaribus litterature insti-
tuebantur. Quatuor autem sunt scientie a monachis quantum ad eorum
statum convenit discende et sciende sine quibus unitas eccle-
siastica non potest salva consistere: theologia, iura, musica et
ars computistica. Scientibus rationem singularum patescit quod
alio loco plenius digessimus. Et de his quoque scriptores nostri
fuerant ammonendi: ne velut inanes scientias secularium
litterarum reputarent. Prudentia itaque abbatis utrumque quid pro-
bat moderetur. Si autem abbates se viris secularium rerum immer-
gunt, inde longius scribendi studium continuet monachi neque
alterius negligentia suum profectum amittant. In hoc casu prior
suppleat abbatis desidiosi et rudis defectum et ordinet fratribus
convenientes ad scribendum materias. Novi enim plura insignia
monasteria in quibus priores cooperantibus fratribus non obstante desi-
dia abbatum ornatissimas bibliothecas instruxerunt. Ergo
si fratres ad scribendum sunt liberi eligant sibi singulos doctores
quorum volumina scribant, unus origenem alius athanasium alius
augustinum et sic de ceteris: quia ex hoc amplius plerumque
in sacro studio fratres proficiunt. Obedientia autem electioni preferatur.
Fratres etiam scriptores qui volunt in studio divinarum scripturarum
proficere sibi faciant libellos quos rapiarios vocamus et diu
libros store prim destribut exemplo apis sagacissime
flores et sententias meliores in alueario sui voluminis
congregant quatenus oportuno tempore aptum ex eo discant proferre
sermonem. Hoc beda venerabilis presbiter toto notus in orbe fecisse
legitur, hoc rabanus abbas, hoc bona ventura cardinalis, hoc
alii multi clarissimi doctores frequentasse comprobantur.
Valde enim ad intelligentiam sacre scripture proficit qui tunc
inchoandi ordinem custodit. Sed caveat ne studium scribendi

vtilitati preferat plurimorum hoc est ne suis collectionibus
continue immorando obedientie bonum transgrediatur Non enim
prosperabuntur studia que obedientie legibus repugnant Teneat
in vtroque medium vt nimis scribendo non deficiat et pri-
vatam obedientiam et publicam vtilitati non preponat
Dum humiditate folia siccantur vel fatigatus ex mora
tremitat caput velut ad solacium suis colligendis in-
vigilet Sed et festiuis diebus dum ab orationibus vacat talia curet

Vtrum liceat monachis festiuis diebus scribere

Data iam opportunitate presentibus Capitulum xi
queritur an licitum sit monachis festiuis diebus
scribere quibus lex a seruilibus operibus iubet quies-
cendum Hanc questionem Johannem cancellarium parisiensem
virum doctissimum a quibusdam nouimus fuisse propositam qui in libro
de laude scriptorum per duodecim consideraciones deducens
ita concludit dicens Nichil impedit libros seu tracta-
tulos vel codicillos deuotionis scribere diebus festiuis
habito modoramine quale sapiens iudicabit in hoc opere quod
vtique non seruile censendum est sed in honorem ecclesie plus aliquando
vergens quam multiplicatio vocalis orationis ymmo quam insolens
maliquibus missarum inculcatio Hec ille Nos autem addicientes
dicimus quod monachus sub obedientia constitutus si precipientem
prelato festiuis diebus materias vtiles scribit nichil timeat
quia melior est obedientia scribentis quam victime proprie voluntatis
Caueat autem ad que constitucione festi obligatur hac occasione
non negligat sicut est celebrare vel audire missam et horas
iuxta professionem canonicas Bene itaque facit scribens libros
sacros festiuis diebus qui aut diuine contemplacioni per-
vt contingit in sistere excellentiore gradum creditur
obtinere nisi obedientie meritum interuenerat Illa enim bonis
operibus per comparacionem addit momenta meliora Cum
ergo simus homines insipientes ad contemplacionem nunquam

donec

idonei melius est hoc dampnum scribendo recompensare
quam motibus forsitan vacare sinistris. Divina enim
nec legere semper possumus nec orare non est quo nos etiam
festivis diebus utilius occupemus quam si cum devocione
scribendis libris studium impendamus. Ex hoc enim non so-
lum nos instruimur sed etiam futuris paramus sancte edi-
ficationis materiam. Et sicut supra diximus fratres
studiosi presertim festivis diebus suis devocionibus
consulentes codices suos rapiarios utiliter et con-
fidenter poterunt continuare nisi obediencia aliud fa-
ciendum precipiat. In omnibus autem hiis servanda est inten-
cio mentis quatenus ad debitum finem referatur. Qui
vero scribunt pro precio festivis diebus ab opere ces-
sabunt quia sua intencione ad lucra terrena speci-
aliter referre dinoscuntur nisi aliud forsitan respectu
pietatis interveniat. De differentia scriptorum
et opusculorum nominibus Capitulum duodecimum

Scriptores apud antiquos duplici appellatione
habebantur. Primi dicebantur antiquarii qui
tantummodo vetera scribebant nomenque sumebant
ab officio. Secundi appellabantur librarii qui et nova
scribebant et vetera. Antiquarii autem cum scriberent
antiquis etiam literis utebantur librarii novis. Dicuntur
autem librarii a libro hoc est interiori parte corticis que
lingno coheret quia ante usum carthe vel membra-
nare de libris arborum volumina fiebant et compagi-
nabantur. Iam pro instructione devoti scriptoris libet
opusculorum diversitate paucis aperire sicut a rabano
viro quondam clarissimo describuntur. Noticia enim eorum
minoribus fratribus utilis est ut sciant quemadmodum unum-
quodque opus debeant appellare. Opusculorum ergo tria
sunt genera. Primum genus excerpta dicuntur quod grece scho-

Scolie nuncupant in quibus ea que videntur obscura vel
difficilia summatim ac breviter perstringuntur. Secundum
genus omelie sunt quas nos verbum appellamus
que proferuntur ad populum. Tomi quos libros vel
volumina nuncupamus. Omelie ad vulgus sunt. Tomi
vero id est libri maioris disputationis sunt. Dialogus
est collatio duorum vel plurimorum a dia et logos quod est
duorum sermo. Tractatus est unius rei multiplex expositio.
Commentaria dicta sunt quasi cum mente. Sunt enim interpreta
tiones ut commenta iuris. commenta evangelii. Apologeticum
est liber excusationis in quo solent quidam accusantibus
respondere. Panagiricum est licentiosum et lascivum genus
dicendi in laudibus regum vel principum in cuius compositione
homines multis mendaciis adulantur. Fastorum libri sunt
in quibus reges ac consules scribuntur. Prohemium est initium
dicendi et appellatur a nobis prefatio. Codex multorum
librorum est ut biblia que multos libros continet. Liber
est tractatus partialis per distinctiones divisus vel uni
tus ut unus liber augustini de penitentia. quatuor
de doctrina christiana. Volumen liber est a volvendo dictus
sicut volumina legis volumina prophetarum. Folia autem librorum
ad similitudinem arborum appellata sunt quia ex corticibus
earundem fiebant. Versus dicitur a vertendo quia
antiqui scribebant sicut aratur terra. A sinistra enim ad
dexteram primo stilum ducebant deinde convertebantur
ab inferiori et rursus ad dexteram scribebant. Sceda
est quod adhuc emendatur et nondum in libris
redactum est per qua nos conceptiones quasi adhuc in
formes materias dicimus. Instrumenta autem scribe
sunt calamus et penna. De instituendis scripto
ribus in cenobiis Capitulum xiii.

Quoniam ut supra diximus nullum opus aliud

monachorum professioni adeo conuenire videtur sicut officium
scribendi eo quod non omnes idonei sunt ad excellenciora
propter infirmitates multiplices Non enim omnibus datum est
contemplacioni insistere oracionibus vacare alios docendo
instruere vel ecclesie predicatoribus inseruire Sunt etiam nonnulli
desides et pigri se excusantes primo gloriantes qui dicunt
Nescio scribere Si nescis discas alioquin qui non laborat
nec manducet Non excusat te ignorancia ab officio
quam vincibilem negligis superare Si habes bonam volun
tatem discendi facile proficeres ubi omnia labor improbus
vincat Ad tollendas igitur excusaciones pigrorum con
sultum videtur vt abbates vel priores vel per alienos fratres
monachos faciant in hac arte doceri et instrui quia ex
hoc pigris excusandi materia tollitur et bonis desiderium
scribendi augetur Si quis autem adeo deses et maliuolus
foret ut omnino scribere non consentiat aliis labo
ribus et abstinenciis tam arduis affligatur donec
quod contempsit optat in solacium Veruntamen abbas
caute in omnibus nouerit esse agendum et ardua semper
monita precedat caritate Hec autem disciplina de
monibus est valde contraria quam per eam multorum salus
procuratur Unde omni studio monachos infirmos a
scribendi officio conantur retrahere et tantis plerumque
temptacionibus vexare ut suis prelatis usque ad inobedien
ciam resistentes abhominandas incidant cala
mitates Quales iam plerosque nouimus qui suis ma
ioribus inobedientes ne scriberent diabolo suadente
in extremam dementiam ceciderunt Qui autem volunt
discere oportuna semper documenta reperient tam viuis
ab aliis qui nouerunt tum eciam ex obiecto bonorum
voluminum antiquorum Usus quoque scribendi intui

conducit ad perfectum quia hec ars si diu intermittitur cito dis-
sipatur. Nulla enim disciplina quantacunque sit celebris sine
usu diu retinetur. practica quippe artis continuata conseruat. Legat
monachi nolentes scribere librum beati augustini de opere
monachorum et erubescant suam ignominiam quod contra
precepta patrum ociose conuersantur. Inde desideriis et
omnibus ociosus quia diu ad utilia per exercitium operandi non
flectitur mox cogitacionibus immundis sordidatur. Sa-
turitas panis et ocium sodomitas ad mortis interitum
prouocarunt. Ociositas inimica enim est anime quod eam vesti-
tam denudat ornatu. Nam tempus acceptabile infruc-
tuose immo turpiter expendit vicia suggerit vir-
tutes interimit vires minuit atque occidit. Ocium
ergo fugite fratres si carare vestram salutem diligitis. Magis
enim reprehenduntur monachi qui non de labore ad ocium
sed de ocio ad laborem vocati videntur. Sed si dixeris mihi
non possum scribere in cella protr̄ diem non valeo consistere
libenter ad labores aptiores ibo fodere vel lapides
portare non recusabo tantum ne angat mihi quod monachis
sit omnino contraria. Ad quod hec dicenti vel dicturo
forsitan taliter compendiose duximus respondendum.
Non est comparacio laudabilis que a perfectu meliori discedit.
Melius est scribere quam fodere nisi obediencia vel pietas que valet
ad omnia gradum commutet. Si non potes scribere si solus
in cella non vales consistere cur ad monasterium non
victurus ut monachus venire voluisti. In monasterio
enim non monachum viuere est se duplici dampnacione
alligare. Monachus autem in nomine interpretacione
solus sedere percipit quia a seculi actibus per votum segregatur.
Tu ergo si volueris esse quod promisisti unde deo mentitus es.
Deo autem mentiri est se ipsa oris sententia dampnare.

conuersione morum tuorum vouisti secundum regulam que monachos
manibus laborare precipit ut ociosos non esse monachos
testetur. Quod autem exterioribus talibus laboribus occupari conse-
ntis euidens est signum te in interioribus totum esse insuda-
tum. Quem labores tales delectant non licet quo minus
delectetur. Nam si verus monachus esses non abhorreres secreta
celle quod tue magis congruit honestati. Non est tuta
in monachis nostra etate deuotio ut exemplo ceterorum in
laboribus rusticanis perseuerant. Plus enim monachorum de-
uotionem destruunt huiusmodi labores quam edificent. Ad
interiora igitur animum conuertentes quiete celle ama-
magis orationi et lectioni crebrius insistamus scribamus
libros et que diu pascant estas queramus quia non pos-
sunt nos exterioribus laboribus ditare cenobia. Cum
non nouit scribere ab aliis quos scribunt scribis dictat suamque
voluntate subdat ab hic si penam future calamitatis cu-
pit euadere. Semper enim bonos quos imitetur scriptores
sed deuotus inueniet. Et quia voluntas bona gratia
meretur ut prius semper incrementis abundancius perficiat
stipendiis congruis est crebrius honoranda. Abbas igitur
fratres suos quos ad obediendum promptos ad scribendum
hilares idoneosque esse perspexerit ampliori beniuo-
lentia committetur gracius honoret congruis oneraque
interdum relaxet ceterorum. Et quia tales deuoti fratres
propter obedientiam semetipsos negligunt abbas in
omnibus necessariis eisdem abundancius prouideat
quam ceteris qui tales munera contempnunt. Hoc faciens
et bonos in studiis sanctis conseruabit et alios ad
eorum imitationem compellet. An sit commendabilis
multitudo librorum in cenobiis Capitulum xiiii

Sunt quidam qui amatores librorum de nimi-
etate et multitudine reprehendunt dicens

ad bene vivendum paucos libros posse sufficere cum verbum
abbreviatum dominus fecerit in terra. Scriunt enim. Quid vos
tanta librorum multitudine obruitis cum nec paucos le-
gatis quos habetis. Melius autem est pauca volumina
habere et legere quam multa sine lectione tenere. Temporibus
brevitati respondemus. Responsio. Reprehensibile est multa volu-
mina habere cum pauca possint sufficere malum sit etiam
sanctos patres tam multa et innumerabilia scripsisse. Tur
origenes sex milia tur augustinus mille tur ambrosius
ducentos tur trecentos libros Jeronimus composuit
si pauci ad bene vivendum sufficiunt. An forte multos
scribere licet et non habere libros. Ad quid ergo scribuntur
si haberi non licet. Responsio. Malum est multos emere libros
tur sancti patres tanta diligentia antiquitus in colli-
gendis voluminibus fecerunt. Sic stulti estis ut bonum
malum et malum bonum dicatis dum contra amatores
librorum sine distinctione latratis etiam sanctis pa-
tribus obloqui non timete quorum dum imitatores
reprehenditis illos reprehensibiles fuisse declaratis. Responsio.
imitari malum est quomodo bonum est precessisse. Responsio. Quia in
sanctis patribus studium librorum non potestis iuste reprehende-
re dignum est ut eorum imitatores non presumatis iudicare.
Nam si illis bonum fuit nec ipsis malum est. Omnes enim
libri sacrarum scripturarum boni sunt et non est malum habere
bonum nisi preceptum faciat esse illicitum. Responsio. Nullum est
preceptum quod bonos utilesque prohibeat libros. Bonum est
ergo exemplo veterum multos in monasteriis habere li-
bros quibus multitudo monachorum in sanctis scripturis dietim
copiose informetur. Seculares quoque libri qui ad institutio-
ne scripturarum utiles sunt a bibliothecis monachorum non sunt
repellendi. Nam si antiquorum bibliothecas perscrutemur

ut hec

ut Bede in anglia rabani in fulda haymonis in hirs
feldia Cassiodori in vivario notgeri apud sanctum gallum
guimundi in elwangen sigeberti in gemblaco aliorumque
doctissimorum et venerabilium patrum ac monachorum
qui sanctitate et sua memoria sub temporibus magnifice cla
ruerunt invenimus copiam librorum in omni facultate quod
etiam ex eorum opusculis possumus agnoscere quibus in omni littera
tura peritissimi fuisse declarantur Horum sequamur exempla
monachi honorabiles Certe nichil tam sanctum nichil
tam salubre nichil tam pium quo non contingat abuti
sic de multitudine librorum poterit evenire si non amor
dei et scripturarum sed curiositas elata fuerit in causa Caveat
igitur is qui colligendis voluminibus invigilat ne appe
titum suum in curiositate ponat Studeat intentionem suam
ad debitum finem dirigere si non vult a bono declinare De

custodia librorum Capitulum quintum decimum:

Cum thesaurus maxime ecclesie sit copia scripturarum qui
libros sanctos diligere custodire negligit iniuria
ecclesie facit arma enim eius quibus se contra hereticos muni
at libri sancte scientie sunt quos qui vel distrahi vel perire
patitur ecclesiam non amare comprobatur Quam si ut debue
rat amaret nequaquam armis suis spoliari permitteret Ama
tores itaque librorum intensius exhortamur ut bibliothecas
tam sollicite custodiant talibusque commendent armariis
qui nichil ex ea sinant perire Ex bibliothecis facile mo
nachorum disciplina agnoscitur et quid studeant ex libris
cito comprobatur Si ad domum tuam venero non est opus ut
interrogem te quid studeas volumina tua dabunt testimonium
de actionibus tuis Codices tui te honorant si et a te hono
rantur Si eos negligis negligent te si contempnis contempnent
te Denique qui contempnunt me ait sapientia dei in libris
ostenditur erunt ignobiles Si volumina tua scampnis
latera volant si pulveribus vestiuntur si intus macula

sifori9 intopposita fuerint indoctū et furone te procla
mabunt etiã si doctor habearis Quomõ at amas doc
trinã qui libros doctores tuos cõtepnis et negligis
Sicut sapia habitaculum puri cordis inhitat sic amator
sapie mūditiã librorẽ quibus ipa docet amat Nam
qui domum alteri9 lacerat q̄ inhitare nō vereatur
manifestat Et qui libros diuinarū vel hūanarū scripturaz
negligenter et inmunde tractat inhabitatē scripturaz
non amare se indicat philobiblioz igitur nr̄ p librorẽ
ornatu et custodia sūmū impendat studiū ordine vo
lumina scd̃m materias vel dignitates distincte ad pul
critū ut scolares studiosi facili9 quod quesierint valeant
inuenire Sit bibliotheca sub tuta custodia ut passim
pateat omibus sz hiis tm̄ quos amor & studium scripturaz
dignos comprobauit Multa enim dapna bibliothecis
illata nouim9 p indiscretam apcionẽ Nec mittantur
libri facile de locis suis nisi sub certa fiducia habeat
etiam librorẽ om̄ bibliothece inuentaria ut nichil
subtrahi possit vel amitti Zelotes insup nr̄ eos quos
diligit libros crebrius visitet & quomõ recte se habeant
exploret Deinqz non sit pigr̄ & inuidus philobiblion
deuotus q2 thesaurus occultus & sapia abscondita inutiles
reputantur Quotiensqz g9 petitur libros ad descri
bendum libenter studiosis accomodet sub certe fidei
caucione gtens & alios ditet & suum thesaurum
nō minuat Quicūqz aut libros ad describendos
sub fide recipit caueat diligenter ne fedet vel
laceret sz faciat alys quod sibi vult fieri ut beni
uolencie sit ingratus scolares etiã qui libros de bibliothe
ca scdm regulam pro studys accipiunt eos caueant
maculare vel destruere sz legant cū deuotione
quemadmodum statuta patrum precipiunt Ergo qs aut libros
sibi deputatos negligenter et sordide tractauerit

primat secundum regulam ita ut eius emendato ceteris fiat
in exemplum. Credimus multis super librorum custodia in mor-
ex sermonibus qui diligit eos sine dubio conservat quod
imperitis frustra suademus cum persuadere non possumus. Simul
et enim sibi innitentes aliorum studia contempnunt quibus
vivendi norma superfluum est. His igitur obmissis ad
exhortationem nostram accedamus. Exhortatio ad scri-
bendum et studium Capitulum xvi

Iam nunc igitur fratres carissimi meam exhortationem
cum benivolentia suscipite et ad scribendos
libros sacre doctrine vos sedule preparate. Habetis enim
que super in emendatione scriptorum exposuimus adiutis
quid de tali officio sentire debeatis. Nolite ergo tantum
bonum negligere nolite ab scribendi studio tepidi ces-
sare. Scriptura est enim que vos reddit immortales et
si devote tractetur ut condecet faciet vos in eternum
felices. Agant singuli quod volunt sola scriptura vos etiam
defunctos in memoria bonorum cum benedictione conservabit.
Libri enim sunt quos scribentes posteris relinquitis nomen
vestrum sine fine tuebuntur. Hi vero qui scribere negligunt
mox ut mortui fuerint in oblivione omnium tamquam
non fuissent devenient, quia nec eorum memoria ex volu-
minibus que scribitis cum gloria transibit ad posteros. Nec dicam
quod hac intentione sit scribendum cum id preter intencionem
possit evenire, sed si nomina vestra codicibus quos scripsistis
imprimitis ea fiat intencione et desiderio ut posteri
in codicibus suis vestri meminerint vel ad imitationem
vestri ex hoc provocentur. Tali enim intuitu nomina vestra
voluminibus a vos ordinatis licite potestis subscribere.
Sed elata curiositas nihil vos amoveat. Vobis etiam
utilia est cum intencione scripta scribentibus post mortem acci-
dentale meritum subveniet quociens saepius de lecti-
one eorum que scribitis ad penam aliquis in posterum

conuertet Vos pauperes clerici et omnia propter mundana spre
uistis non habetis unde condatis testamentum dum
ab hac vita dereditis solumque vobiscum fertis bona que
fecistis Dabo quoque vobis consilium ut sine testamento
notabili ab hinc non exeatis Scribite libros scriptorum
priorum opuscula comportate et gloriosissimum testamentum
fecistis Nam si elemosina panis et aque exigua
tam fortiter magna peccata extinguet quis vestram
largitatem o scriptores venerandi minorem existima
bit Divites huius seculi magnum se putant deo ex
hibuisse honorem si homines hic pascant non tales ele
mosinas vestras inter illis prefero qui vestro studio animas
pascitis in eternum mansuras Spiritualia enim temporalibus ita
preferunt Viuat ille magis ac molliter feliciterque vibet
que nobis beato sudore tot volumina scriptorum conscripserunt
Sit memoria eorum apud altissimum et nomina ipsorum in libro
vite conscripta sine fine permaneat Reddat illis dominus mer
cedem laborum suorum et ab eius conspectu numquam separentur
Bibant illi de fontibus saluatoris qui sua industria po
tum salutis nobis propinarunt Viuant viuant et in eternum
feliciter viuant qui suis operibus ad bene viuendum
precepta et monita nobis tradiderunt Facite et vos
fiet testamenta sanctitatis que nulla umquam labefacta
cione peribunt Scribite dum vacat suo tempore fructum
copiosum legetis Nullus labor vos terreat nulla sua
uela seducat plus conducet vestre saluti libros scribere
quam picturis diuicijs pauperes ditare Et quid illud
facile hoc vobis impleri Dederunt sua studia homines
mundani vacent ocio monachi in dissoluti Abbates corrupti
alij delectentur in equis vagi ludant alij in canibus
vos in lege domini meditantes vestris sacris consulite
et in futurum ecclesie vestro labore providete Licet
aurum sine modo sitiant ceteri licet agrum agro co

pulent licet ruinas obnoxias domus altas edificat
vos nominis vestri famam maioribus gradibus statote construere
quibus de mundo non appendit sicut cogitatis Hoc ma
do altiores estis sicut nolite vos inferiori turpiter
submittere Contempnite fortiter quia despectus ad gloriam
vobis imputabitur Scribite libros studete et legite quia per
hec ad vincendum mundum et omnes adversarios salutis
arma capietis lectio enim sacre scripture suos amatores
invincibiles reddit Ipsa enim lucerna pedibus nostris
est ne in via offendamus ductrix ne erremus Denique
quasi speculum oculis mentis opponitur ut facies nostra
interior ibi videatur Nam sicut in speculo materiali
vultus nostri maculas conspicimus ita in sacra scriptura
nostras negligencias clarius videmus Illa enim delin
quentes nos corripit torpentes pungit negligentes
excitat nescientes informat Denique ipsa est que erran
tes corrigit ignorantes instruit pusillanimes erigit
humiles custodit Magnum et ineffabile bonum nobis
lectio sacra conferre dinoscitur si cum intencione mentis
devocius legatur Nam intellectum nostrum in erudicione
divina illuminat et mentem a mundi vanitatibus
abstractam in amore dei format Sepe enim illius fami
liaritate ita a mundi huius concupiscenciis alienati in eius
novum desiderio figimur ut a mundi sapientibus quos deus
reprobat velut mentes inducerentur Et quanto in eius amore
diucius consistimus tanto minus de mundi vanitate co
gitamus Vera enim leticia que de veritate que deus est vires accipit
hec mundi blanda et aspera ut stercora contempnit Maior
autem et salubrior leticia inchoat vita nostra acquirit quam
si mens bene sibi conscia in sacris scripturis semper occu
petur lectio enim sacra si cum amore frequentatur mentem
hominis inestimabili gaudio letificat qui dum ab amatore
cupiditate distrahitur in contemplacione superiorum
oculis cordis soporatur Nichil adeo monachum ab amore
mundi separat quam cum desiderio scripturis sancte intendit

Eulogia enim spiritus sancti in diuinis scripturis habentur que si a
lectione intenta frequenter scrutemur in eius amore vehe
menter accendimur Diuini namque amoris non noui aliquid
tam incendium quam sciencia et studium scripturarum
ama illam et exaltabit te coram deo et hominibus omniaque
bona pariter tibi cum illa tribuentur Qui illam veraciter
tenet omnia possidet Intueamini veteres monachos fratres
mei et studium scriptum quo feruebant pro posse imitemur
ut ad gloriam quam adepti sunt et nos venire mereamur
Nemo in excusacione sua dicat Nulla ars absque magistro
discitur quod licet verum sit vos tamen semper quibus
instruamini preceptores invenietis Purgate primus
cordium et deus suscipiet operarios ut imponat tutum
Spiritus enim sanctus discipline effugiet fictum nec habita
bit in corpore subdito peccatis Mundanda est ergo domus
consciencie et spiritui sancto habitacio digne preparanda quia
monachus qui sacras scripturas cupit discere amorem
correctione debet inchoare Nec optat vos propter studium
aliquod nostrorum desperare dum quo preceptores domi potestis
invenire Multos enim doctissimos monachos in
nostro ordine floruisse agnouimus quos tamen in
cenobiis studuisse scimus Ex quibus Beda monachus
omni dignus honore cum septem esset annorum a paren
tibus monasterio traditur in quo tam in moribus quam in sciencia
profecit suo tempore in tota anglia doctor celeberrimus
habebatur Quidquid autem didicit in monasterio
accepit Huius discipulus clarissimus fuerat alcuinus
preceptor karoli imperatoris magni claudius et io
hannes scotus monachi nostri ordinis in diuina doctrina
tam diuine quam secularis litterature peritissimi greco
et latino sermone eruditi qui multa egregia
opuscula condiderunt Rabanus quoque moguntinus
sedis archiepiscopus puer fuldensi monasterio tra
ditur qui tantum studendo profecit monachus ut similem
in tota alemania suo tempore non haberet quod
infinita que scripsit testantur opuscula Hic tamen

abbas suus fuldensis causa studii ad alcwinum abbatem
de quo iam diximus misit in franciam sub cuius magis-
terio multis annis perseveravit. Strabus mor[?]
fuldensis iuvenis discipulus et scriba rabani abbatis
fuisse dicitur qui illo docente ipse doctor insignis
effulsit. Hic haymo hic hermannus contractus hic
alii pene innumerabiles monachi doctores excel-
lentes sunt habiti qui sub habitu monastico gliscentes
cenobia pro gymnasiis habuerunt. Nec dicamus illis
defuisse magistros quippe qui sibi invicem professio-
nis formam prebuerunt. Hos igitur fratres mei professio-
nis columnas imitemini scientes amatoribus scripturarum premia
parari gloriosa qui hic deum honorant in studio illum
videbunt in premio. Neque abbreviata manus domini ut
denegat nobis orantibus atque studentibus quod antiquis
legitur tam abundanter contulisse. Nos studeamus a le-
gendi studio nunquam desistere dei autem devotis men-
tibus earundem scripturarum noticiam aperire. Quanto
enim quisque in lectione assiduus fuerit tanto fructum
ex eis uberiorem capit fructus autem quem in sacris
scripturis querimus dei et proximi amor est et agnicio
salvatoris

Explicit liber domini Johannis
Spanheymensis abbatis de laude
scriptorum ad dominum Ger-
lacum abbatem Tuiciensem Anno domini
1492 kl' octobris.

Oracio Johannis Spanheymensis abbatis in laudem et
commendationem Ruperti quondam Abbatis tuiciensis
viri clarissimi religiosissimi atque doctissimi Ad instan-
tiam domini Gerlaci Breitbach abbatis tuiciensis
Nuper composita

Laus abbatis Ruperti monasterij Tuiciensis a d. Jo

Maxime optarem Religiosissimi fratres eam in
dicendi virtutem collatam a superis quod Ruperti
viri clarissimi quondam huius cenobij tuiciensis abbatis
preclara merita ornatissimos mores cumulatissimasque
virtutes condignis laudibus possem effari Talis enim ac
tantus vir erat is ut eius meritis nedum mea sed gra
uis oratoris eloquencia longe inferior videretur
Nam si vite sanctitatem inquiras homo religiosissimus erat
Si scienciam videlicet doctissimus si mores omni ho
nestate insignis Clarus enim parentibus ortus fide
clariori effulsit dum pro dei amore seculum contemp
nens se monasticis tam magno fervore submisit
institutis malens pro deo ac legislatore nostro Bene
dicto laboribus fatigari quam seculi huius favoribus ina
niter extolli Potuit enim transgredi et non est transgres
sus et facere mala et non fecit sed semetipsum humi
lians secutus est dominum contempnens pompam secu
li ad celestia regna ut confidimus feliciter pervenit In
monasterio autem constitutus se omnibus inferiorem
estimavit qui sanctis operibus compar extitit Fuit
enim intuentibus exemplar honesti forma vivendi
regula pietatis Electus autem in abbatem tuiciensis
monasterij qualem se prebuerit subditis quam providus quam
sollicitus quamque ubi oportebat severum quis explicabit
Erat enim incessu gravis voce sublimis ore facundus
vultu placidus in motu vel actu corporis honestus
Quantum vero ad interiorem hominem pertinebat
erat fide firmus spe certus gemina caritate repletus
sapientia clarus fortitudine robustus Erat ei honestas
in actione sobrietas in consuetudine humilitas in prospe
ritate paciens in adversitate constancia Erat pastor
ovium christi per idoneus qui se omnibus oportune no

nerat exhibere rectorem Mansuetus erat affabilis
superbis terribilis devotis per humilitatem socius disso-
lutis per auctoritatem metuendus Ad se autem erat in
oratione devotus in meditatione profundus in lectione
studiosus in contemplatione divinorum precipuus Nemo
illum umquam repperit ociosum tam indefessus erat studio
scripturarum Hunc elegit sibi proposuit semper oravit ut ve-
lut alter origenes sive Jeronimus sic vivendi sibi
ordinem constitueret ut oracionem lectio susciperet et
oratio lectionem terminaret Tam vero assiduus exstitit
ut nullum temporis sive diurnum sive nocturnum
fuerit quod tum vigiliis tum lucubracionibus expera-
tum aut feriatum sibi preter rem passus sit sibi interdiu
cibum et sompnum reliquaque corpori necessaria subtrahens
ut studio commodius insisteret scripturarum Probant
hoc accurata que conscripsit opuscula in quibus eius de-
scientie doctrina collaudatur Magna sub eo discipli-
na religionis in tuitiensi monasterio viguit devocio maxima
fervens arsit studium scientie salutaris floruit caritas ger-
minata in eis radiavit Sub sancto et docto pastore omni-
um sanctorum triumphavit integritas Solebat fratres suos
incredibili fervore ad studium scripturarum attende-
re ab eis propositas sibi questiones enodare ad proponen-
das tribus libenter excitare Sciebat enim vir sapiens
duplex in hoc latere commodum cum illis scita re-
spondendo et se doctum et illos redderet studiosos
Unde in cotidiano et familiari eius colloquio sermo
turpis inutilisve numquam solebat audiri Detractio
numquam admiserat Sed erat sermo eius de anime salute
de religionis profectu de sacre maiestate scripturarum
Iocundissimum ei erat cum eius sapientie que in sacris libris
continetur quam sine fictione didicit et absque invidia

desiderantibus communicavit. Cum autem esset ad huc
minus eruditus tam in secularibus literis quam in scripturis
divinis orando continue et legendo petivit a domino
cum salomone donum sapientie nec ab oratione incepta destitit
donec spiritu sancto per visionem inspirante copiosissime ultra
omnes contemporaneos suos quod optinuerat accepit. Erat autem beate marie semper virginis ardentissimus ama
tor cuius intercessione tantum sapientie munus obtinuisse
creditur. Ad cuius laudem postea, ne ingratus fieret bene
ficio cantica canticorum septem libris exposuit ita ad
eius honorem universa referens ut eius intuitu specialiter
conscripta videantur. Ego autem alium neminem hoc expo
sitionis genere in canticis reperi desudasse. Et revera
mirandum et plane commendabile opus quod sine ex
emplo in tantum laudis virginee genitricis dei alti
tudinis fastigium perfecit. Qualis in disciplina regularis
observancie rupertus iste fuerit: liber quem super regula
sancti Benedicti composuit lectus indicabit. Neque enim
aliter vixit quam in expositione legis nostre vivendum
monachis fore ~~indicavit~~ intimavit. Erat sermonis
sancti factor devotus et doctor fructuosus. Qualiter tu
vero in divinis scripturis legendo profecerit tredecim
libri quos de victoria verbi dei ad cunonem sigeber
gensem abbatem edidit liquide ostendunt in quibus tota
scriptura percurrens divinam victoriam verbi divini subti
liter aperit nostre salutis rationem in ea consistere decla
ravit. Scripsit etiam super vetus testamentum de sancta
trinitate connotatum opus egregium quod si legere
volueris quid in sanctis scripturis potuerit facile
videbis. Nam ut iam diximus per divinam pietatem
illustratus tantum in exponendis scripturis valuit
ut in omni admiratione magna habitus doctor

suo

suo tempore doctorum sit publice probatus. Hoc Fredericus
Coloniensis archiepiscopus pluries in eo expertus magna cari
tate virum colebat. Unde sedule ad expositionem scripturarum
illum hortabatur. Et merito quidem in omni honore et reuer
entia habendus est quem spiritus sanctus magnificatione scriptu
rarum instruere dignatur. Denique non solum in diuinis scriptu
ris ierofantes in illuminari meruit verum etiam in secula
ribus litteris adeo eruditus comprobatus est ut quicquid ipse non
cognouerit aliis facile ignoraret. Nam dulcis quamque
ornatus ac distinctus fuerit eloquio libri quos pene scrip
sit innumerabiles requisiti fatentur. Ingenii ac vires
et profunditatem sciencie facile comprobabis si in lectione
eorum que scripsit aliquantulum fueris commoratus. Amoris
enim diuini quo interius ardebat vis verba quoque
exterius ardencia formabat quia de abundanci
a cordis feruentis os loquitur ultra consuetudinem homi
nis sermo multum eleuatur. Caritas quippe dei in pectore do
centis feruebat nullum apicem verbi ociosum vel inutile ca
dere permittebat. Erant itaque verba eius ardencia plena cari
tatis et utilitatis matura et quadam auctoritatis maies
tate veneranda. Erat interdum iocundus dissolutus tamen nunquam
quia maxima in eius moribus honestas videbatur. Sermo eius erat
valde ad persuadendum et etiam hortensius in eius comparacione de
sisteret quippe qui multorum animos fecundis suis exhortacionibus
melliflues in unitate pacis consuauit. Intuebantur eum
fratres sui ut angelum conuersantem in quo totius religionis
speculum et normam contuebantur. In omnibus enim se eis imita
bilem exhibuit qui curam se omnium nouerat suscepisse
puritatem cordis in tantum amauit et coluit ut etiam
illas negligencias minimas cogitacionum velut magnas
deploraret. Omnis negligencia sibi culpa videbatur
qui ad mentis puritatem aspirabat. Unde et peni

maculas devote abstergeret orationibus sedulis pene con-
tinuus instabat. Dulcis erat illi semperinus mysteriis
operanti qui in floribus paradisi commoratus fructus sua-
vissimos in oratione carpebat. O sancta viri devoto
qui nunquam sinebat esse ociosum. Nam ut lectioni sacre
quietius posset insistere curam rei familiaris abhor-
ruit amavit secretum tumultus hominum vitavit. Solli-
citudinem rerum temporalium sine quibus spiritualia non possunt subsistere
idoneis fratribus commisit ipse orationi et studio vacavit.
Cura enim temporalium et amor scripturarum in uno pectore co-
habitare non poterunt. Tranquillam enim et vacuam
curis sapientia mentem imbuit et placidi pectoris
hospes erit. Ipse vero erat homo placidus et mansuetus
nec cito mobilis ad iram sed corde mitis quem bene
fervore noverat super ac. Sedebat solitarius et leva-
vit se supra se: Deum mundum fugiens in campo scrip-
turarum multa ac varia syntagmata composuit.
De cuius opusculis quantum ad meam memoriam pervenit
iam in secundo libro de illustribus viris nostri ordinis fe-
cimus mentionem. Erat enim vir ut dicimus homo undecumque
doctissimus ingenio subtilis scientia clarus eloquio dulcis
et ~~cum~~ ornato lepore decorus qui nescios docuit er-
rantes correxit confudit hereticos superbos prostravit.
Amator virtutum erat ardentissimus et hostis viciorum in-
sensus eius moribus dedit intelligi quid in exteris a-
maret. Detestabatur superbiam avariciam calcavit
luxuriam vicit iram domuit odium fugavit in-
vidiam expulit gulam prostravit. In paradiso scripturarum
fixit desiderium cordis et ideo nullus potuit in eo vi-
ciis patere accessus. Nam frequencia eius ieiunia crebre
carnis maceraciones iuges orationes vigiliarumque
instancia viciorum in eo vires extinxerunt. Non est

virtus quam Ruperti conversacio nesciret Caritas enim dei
eo diffusa ardebat fides florebat spes erecta vigebat
prudencia sancta claruit temperancia discreta resplendu
uit Erat corde humilis eloquio dulcis affectu pius
opere strenuus disciplina zelosus corpore castus
animo quietus oracione continuus studio fecundus pru
dencia cautus devocione precipuus zelo discretus Et quid
opus est me multo pauciores dies me profecto deficerent
si singulas virtutes eius enumerare velim Excedunt
enim eius merita oris mei facundiam et stili vires facile
superant Unde quamvis inter divos patres non sit re
latus ab ecclesia credimus tamen adscitus eum ad celestis bea
titudinem festinare Nec multum de hac negligencia solli
citamur quia non in hac vita sanctitatis premia sed
in futura [illegible] donanda festa autem sanctorum
non faciunt sanctos sed probant Et honores nostris impensi
nichil illis conferentes ad utilitatem viventium
referuntur Et quis dubitaverit innumerabiles cum Christo
regnare sanctos quorum apud nos viventes nulla festa
celebrarunt Sufficit illis eterna iam possessa felicitas
quibus negligencia nostra nichil minuit impensus
honor noster nichil augebit Ergo si vita religiosa
sanctos constituit Rupertus tuiciensis abbas inter sanctos
censendus est quem doctrina illustrem conversacio
venerabilem fecit Insigne sanctitatis est si eius quem honore
colit sancti spiritus testimonio iustus comprobetur Sicut
olim apud Syros virtus levita et monachus effrem spiritu
sancto per visionem doctor ardens constituitur sic Ru
pertus presbiter noster et abbas eadem facultate illustratur
equa virtus premium equale meretur Nec dicimus sacrarum
scripturarum ad sanctitatem sufficere quoniam boni et mali pos
sunt habere cognicionem sed de illa virtute caritatis loquimur
que sola inter bonos et malos discernit Hec Rupertus

terris venerabilem et telis reddidit gloriosum Me
rito ergo sanctus creditur qui gemma caritate refertus
et deum pura mente coluit et proximum tamquam semetipsum
amavit Non enim sibi solum laboravit quod multi
faciunt spretis omnibus exquirentibus veritatem Sibi etiam
sanctus laborat dum orationi et contemplationi intentus
proximum erudire et informare recusat Rupertus autem
noster omnibus providit dum et sibi per orationem et
aliis per doctrinam intendit Et ideo duplici honore
dignus habendus est qui bene preesse curavit fratres etiam
suos huius tuiciensis cenobii ad regularem observan
tiam vite adeo diligenter instituit ut etiam post
eius decessum annis multis laudabilis vita monachorum
inibi permanserit Sed ipse succedente devoto monachorum
rursum tepuit et mundialis pompa sanctam observan
tiam penitus destruxit In qua deformitate per
plures annos multi miserabiliter perierunt
donec tu tandem nostris diebus preclare pater ve
nerande surrexisti: teque murum opponens pro domo
dei antiqua rupti viri clarissimi tui antecessoris
vestigia suscitasti et in hoc loco pugili cura intro
duxisti ordinis reformationem Unde quanto possum
sedulitate te tuosque exhortor fratres ut observanciam
introductam laudabiliter continuetis ab eo la
borum vestrorum recepturi premium qui bonis operibus donat
incrementum Intueamini ruperti virum de quo loquimur
et quantum possibile est ad eius imitationem festinate
qui talis tantusque extitit ut sua vita omnibus
preberet exempla virtutum Quid enim illi de esset
virtutis qui ita vixit ut ne curiosis quidem omnibus
daretur occasio detrahendi Summa prudentia
summa religio summa pietas in eo relucebat ita
ut cunctis mentis exemplum vivendi positus videretur ¶
Venerabilem virum cuius tota conversatio doctrina

erat tamen mores ad pietatem non minus quam verba
faciebant. Constituit eum dominus super familiam suam
traditisque talentis ad usuram studium precepit
esse sollicitum qui curam suorum gerens fideliter
pecuniam domini sui missitam ad lucra magna
exposuit dum affectu purgatus domum quoque intel
lectus quod accepit ad utilitatem multorum dilatavit
Caritas enim dei quam gerebat impetebat eum ad opera
pietatis semper excitabat. Amor quippe dei numquam
est otiosus operatur enim magna quia dum interius ardet
in mente foris illuminat in operatione. Unde rupertus
numquam fuit otiosus ab opere quia ardebat interius
ex amore. Magnus amor magnum percipit meritum
dum qui totis desideriis salutem sitivit animarum.
Sciebat enim vir prudens quod super omnia sacrificia
zelus animarum in conspectu dei placeret. Multos ergo
erudivit ad iustitiam et ab iniquitate plurimos
avertit. Iam autem in celestibus gaudens recipit mer
cedem laborum suorum ad cuius gloriam si pervenire
cupimus eius oportet vestigia sequamur.

Explicit oratio in laudem et
commendationem ruperti
tuitiensis abbatis habita.

Collatio à Joan. Trith. habita in Annali Capitulo Erphordiae a° 1492.

Videns ihesus civitatem flevit super illam dicens.
quia si cognovisses et tu. Luce xix.
Venerabiles ac religiosi patres. quamvis
michi verecundum sit. coram vestris pater-
nitatibus. in divinis scripturis eruditis exordiri sermonem
qui sum homo impeditioris linguae. et exigui intellectus.
minimumque scripturarum suffultus. tamen sub statu constitutus hac
vice obedire compellor. et facere quod abhorreret si foret libe-
ra voluntas. Unde rogo excusatum me habeat p. v. si
quid minus vel aliter dixero. quam par sit equitati. quia
nimia brevitas temporis verbum produxit impolitum. Non
enim dabatur opportunitas michi colligendi tanto condigno
senatui. qui veniens hesterno de itinere. in sermoci-
natoris absentis locum extiti deputatus. Unde vix pau-
ca. que audituri estis potui adducere. Antequam vero ad
thematis viam procedamus. quia non sumus sufficientes
ex nobis. divinum auxilium implorandum est. sine quo
nemo utiliter loquitur. nemo fructuose auditur.
Quod ut merear assequi. sanctam dei genitricem
mariam virginem in subsidium advocamus. dulcisonam illam
salutationem angelicam proferentes. Ave maria. Vi-
dens ihesus civitatem flevit etc. Reverendi patres. non
sum estimandus declamatorio more voluisse procedere
et idcirco thema sumpsisse. qui vobis loquor in lege
divina peritis. quibus pauca sufficiunt. sed ex mi-
nimis possitis magna cogitare. Non volo sub the-
matis angustia consistere. qui vero ex variis congrua
proposito intendo congregare. Det michi thema lo-

ertate

querendi materiam et initium: ne sit aliquod uberioris
profectus impedimentum. Veteres quos toto pectore pro
posse imitabor: qui exquisitas curiositates in studio
detestabantur sermonibus. Et ideo non curabo alle
gationibus scripturarum. uariis. aut phisice secula
ris immorari: sicut illum sacrato hinc displicere
collegio neque enim dubia. incertaue dicturus sum
quibus necessaria sit attestatio scripturarum. Sed ad propo
situm redeamus. Cum dicat beatus papa gregorius quod
omnis christi actio nostra sit instructio. nichil nos
prohibet si lacrimas domini ihesu. ad intentum uolue
rimus deducere: quibus congerunt scripturas mora
liter masticare et littere factum poterunt: sed ma
net intentio. quam exhibitio consignauit. Ne autem
ambagibus uerborum. uidear loquendi intenta
quesisse diffugium: ueterum more de plano pro
cedam: illis sermonum relinquens discidium: qui
uulgo declamant in ecclesia. Non enim declaman
tis. sed monentis me fateor subisse officium. Vi
des igitur ihesus ciuitatem fleuit. O fratres uenera
randi. si ex equo lingua faueret desiderio: la
crimas potius eliceret. quam ponere disciplinas
Quis non uideat. quam rectissime hec uerba pro
ordine sanctissimi patris nostri benedicti. ualeat
ad nostram intentionem assumi: cum sacrata reli
inserta gio ierosolime ciuitatis. quondam florens et
opulenta. iam suas improuisa deplangit mise
rias. Ubi est illa quondam sanctissimis docti
ssimisque uiris opulenta deuotio: que in modum

vicit: carnem domuit: hostem prostravit iniquum. Ubi est
zelus antiquus qui charitatem docuit: instruit mores
conservavit disciplinam. Ecce quot mille cenobia sub
regula et ordine benedicti patris instituta conspicis
in quibus decus honestatis religionis corruisse dole-
mus. Nemo dicat ad me ista quid pertinent. nobis
aliena non licet iudicare. Certe mihi ad me pertine-
re fateor: si partem mee institutionis periisse cer-
no in aliis contigerit. Si aliud prohibeor: lacri-
mas pro destitutione mei ordinis emittere
non confidor. Video desolationem urbis nostre
observantie regularis captivitates et mor-
tes antiquas invenimus: et cur doleam inqui-
rimus. Sunt partes mirorum maxima: dum in
multis religio periit: devotio tepuit: cha-
ritas expiravit. Surge nunc o legifer sancte
princeps monachorum benedicte attende: planta-
tio quam tuo ministerio plantavit divinitas: ad
nihilum pene redacta est. Tu quondam in
terris prophetie spiritu illustratus: unius cenobii
cassinensis desolationem flevisti: qui vix orationis
impetratione locum destruendum protegebas. Expositum
tu eras ut eras. non immerito ad posterita-
tis tue ordinem: dicere potuisti. Anima si cog-
novisses et tu. O sanctissime pater ut sero hodie
exurge in adiutorium cultoribus tuis. Te nunc allo-
quitur merore confecta benedicti patris sacrata
religio: tuis crudelius comparata. ad effusionem
lacrimarum te excitat et conalor. Ubi est decor

virtutis tue: ubi honor, ubi lata in orbe potestas?
Clamant flores: rami quoque innumeros fetus uberesque
confundere radices. Eras olim dives in omnibus,
quando tu te regis eterni sponsa moribus ornasti
sanctitatis: qui pastores detestatur adulteros fedatamque
~~[illegible]~~ stupris sponsam repudiat. O si cognovisses
tu quam modo experieris ruinam: fleuisses tu-
posterorum deformitatem comparans: que flores
in vigore tota per orbem illuminabas ecclesiam
Inopem te copia fecit: et temporalium abundantia rerum
internam devotionem extinxit: eos filios genuisti
qui te matrem sanctam ausu temerario corru-
perunt. Vigebat olim in te filiorum sincera de-
votio: charitas geminata fervebat: at postquam
subintravit ambicio te omni decore temerate spo-
liavit. Mox enim ut moribus cepit conferri ge-
neratio carnis: color discipline optimus
in teterum est mutatus. Cecidit corona ca-
pitis nostri: vetus ordo vincendi amatus deo
periit: et loco sponsi desiderabilis fedus adulter
surrexit. Sed qui cecidit adiciat ut resurgat:
vires quasdam resumit depositas: post fugam dimi-
catur fortius ad pugnam anhelus revertitur. Tu
non semel recidisti, nedum ad pristinum decorem
integraliter in toto conata resurgere. Corruisti namque
tota et cum magna difficultate vix in parte
modica curasti resurgere: eam reformata minori

fulges in mundo: ceteris adhuc multis in desolatione
manentibus. Quam vera sententia. quoniam facilius est
destructum invenire vel renovare perditum. superastris
evadere ad altas. hic labor hoc opus est. Re-
casus a bono facilis est: sed cum difficultate mag-
na de malo resurgitur. Videmus enim oculis et
cum lacrimis deflere compellimur quod multi a regularis
institutionis facile defecerunt: qui cum maximis
laboribus vix ad vestigium pristine conversa-
tionis reducuntur. Ecce quot reformationes in
ordine nostro viguerunt: et tamen dura mens hominum
benedicti normam quam profitetur. circa custodie
rigorem recusat. Floruit inter Capuanos olim post lapsum
Specuensis. floruit cluniacensis cum multis aliis
a quibus mentem hac vite rigor subtrahendo
indicium. Venit alia tempore posterior. sed utili-
tate prior: ordinis sancti Bursfeldensis unicuique
parata reformatio: cuius laus est in opere: ad quam
pro honore dei conservandam. de remotis terrarum
spatiis o fratres venerandi convenimus. Hanc
ore amplectamur. ut sanctam. ut veram. ut re-
gule benedicti patris consonam: quam nemo diligit
nisi bonus: nemo odit nisi perversus: in qua
ad puritatem regule sancte venit. quam deus
plantat et rigat: que multos dominus fecerunt. deum
diligit. fraternitatem custodit. Hec est que di-
vinum officium diu neglectum reparavit: obe-
dientiam docet. abdicationem proprietatis sine

mediat cultoribus: amat castitatem Hec est
scola humilitatis. doctrix sapie. virtutis
exemplum. norma discipline Hec e que
monasticam vitam illustratam commendat diui
nitus: mores instruit. amat pacem. concor
diam diligit. conseruat vnitatem Hec e que
vicia fugat. carnem castigat. Ieiunium ser
uat: abstinenciam colit. pauperes sustentat.
miseros pro posse consolatur O sancta congregatio
in qua charitas inflammat. subiectio humilis
obtemperat: obediencia pugnat. castitas mi
ris odoribus fragrat. oratio vigilat. pacien
cia triumphat Felix qui cultor tuus verus
existit: qui tue institutionis precepta custodit:
qui carnem macerat. vicia domat: virtutes
amplectitur. discretionem non deserit. ordinat
charitatem O sancta monachorum vnio: que
dum spiritualia conformas. temporalia dudum in
multis amissa. domino largiente recepere me
ruisti Tu enim ad veterem paupertatem de
ducta tenebris pristinis fecisti confulgere
honoribus Ecce monachi regulari obser
uancie contrarii. in multa plerumque angu
stia viuunt: inter spiritualibus. foris temporalibus
etiam destituuntur solaciis Sed cum causa
martirem faciat non pena. quicquid huius
modi homines paciuntur aduersi. constitutam mercedem
variatur Non enim apud deum aduersa sustinet:
sed ob voluntatis insolentissime libertatem

Sed transeat hec: neque enim id minus oportuna sermo-
nibus. Tuas siliceat denuo laudes o sancta vinea
canam. Tu quippe honore hos patres veneran-
dos et fratres intueor concupisse. Nec blandus
sed verus laudator existam. Tu deum familiariter
continuo laudas: tu spiritualia preferens caducis
Tu ad sinceritatem regule iuxta vires humanas
ambulas: tu vanas mundi pompas devota con-
temnis: iustitiam diligis, amplecteris unita-
tem. Et quia domino in simplicitate cordis tui fa-
mularis. Ideo benedixit te de rore celi et de
pinguedine terre: ut quanto in observantia re-
gulari minori ferveres desiderio: tanto maioris
corporis abundantiis ab eo cumuleris. Sed
cave o mea veneranda, tuis nunquam destituenda
cultoribus. ne saturitas panis et otium tibi
prebeat materiam delinquendi. Aspice pristinas
reformationes: antiquorum metire concordiam:
et te quoque periculis si negligas formida
obnoxiam. Te lucernis fulgentibus similem
existimo: quibus si desit oleum cito extinguuntur
Multe reformationes (ut dixi) olim viguerunt:
quarum hodie in multis nullum paret vesti-
gium. Fervor devotionis ex se consumitur:
nisi fomentis prudentie quottidie renovetur.
De tua autem perseverantia quid dicam o vinea
domini sabaoth electa. Describis ne cui hoc
more reiterarem. Quamdiu tecum subsistet.

Non sum complexa: et nulla michi de futuris aliquis
acquiro. Sed cum ex preteritis futura presagire me-
tiamur: liceat paululum spei mee anchoram
in altum elevare. Cunctis ferme sexaginta
hec fere reformacio iam viguit. adeo forte in
pluribus. sicut ab inicio fervebat in paucis:
quamquam infirmos nobiscum semper habeamus quibus
industria fortiorum compatitur. Non enim volumus
omnes: nec est dilectio singulorum quamvis [illegible]
ergo. Unius vel paucorum malo nusquam publi-
ca fama corrumpitur. Unum scio quod magnam spem
huius reformacionis perseverancie pollicetur:
videlicet. annale capitulum quod modo celebra-
mus. et officium visitacionum. Unum istorum
si tollatur: cito reformacio peribit. Sed oppo-
nas quod veteres cum visitacionibus celebrarunt
capitula: et nichilominus defecerunt: ne labe-
rinthum me iam putes [illegible]: cum singu-
larem reformacionem atque capitulorum non ignoret
diuersitas. Bene quidem incepit. ad tempus
capitula celebrabat: sed defuit illis conservatrix
unitatum perseverancia. Nec aranearum telis
bursfeldensium unionem estimes comparandam:
que tot fortissimis basibus. meritorum soli-
datur. Sed quemadmodum dixi. si auferatur
annale capitulum. si visitaciones monasteriorum
fuerint intermisse: reformacio bursfelden-
sium ut cetere exspirabit. Unum quod dico
breviter faciunt in capite: hoc sunt hec duo

in nostra reformatione. Qui oculos de capite
videntis eruas: hominem certum reddis atque deformem.
Capitulum et visitationem si deponas: reformationem
ad nichilum redegisti. Igitur o patres veterum
instituta servate: hec duo nolite deponere:
si reformationem servare inviolabilem cupitis per-
durare. Sed vereor ne post decessum reve-
rendissimorum patrum ~~patrum~~ qui zelum habent
disciplinae et reformationem huiusmodi manu-
tenuerunt. iuniores nova querant consilia. sta-
tuta negligant: reformationem contempnant. Ti-
meo ne surgent multi pseudo monachi. quales
certum nunc in ordine surrexerunt: qui refor-
mationem sanctam habebunt exosam: nomen
originale detestabuntur. confundent unitatem.
Hii sunt quos defectos reformatio fecit
excelsos: levatos de stercore posuit in subli-
mi: ditavit pauperes. miseros fecit glo-
riosos. Ve tibi qui tantorum beneficiorum imme-
mor. matrem sanctam te glorificantem. nefa-
da presumptione contempnis. Dic quisquis es michi
tandem es. ~~[illegible]~~ bonarum inimice rerum
. dic michi. quid est quod te in birsfelde-
sium reformatione offendit. Genus an speciem
nomen an cetus. Si genus: audi scripturam
Vos genus electum. Si cetus electus. Utique
dei omnipotentis. Quod ergo deus elegit.
qua temeritate condempnas. Ipsius enim
genus sumus cuius sequimur voluntatem. Sed for-

sitam xpi sanguinis quem misti certamen: qui
reris ingenuos esse contemptos Si legem mo-
nachorum attendas: nulli nos fatebimur fecisse
iniuriam Sibi sine differentia quorum aut
personarum regula patet: contra quam nichil unquam
nos statuisse probabis Dico tibi quod sencio:
quia verum sencio Habet in te odio quis nobi-
litas clarione amicas: quod benedicti patris
regula detestatur: preferet enim illa non genus
sed mores Esto humilis. obediens. man-
suetus. moribusque lenitate decorus: et ge-
neris discrecio in te commendabitur Si spes
displicet. dominum audi testantem Species
agri mei est In odore huius agri virtutum
vngenta. miris sunt insignita ornatibus Sed
fugit aranea venenata bonos odores Sed
quod religiosum decet pravorum moribus
niteris contrariis Nos malis displicere
gaudemus Si nomen bursfelden offendit:
stultus es: qui rerum maiestate obmissa
de nominis vocabulo altercaris Denique
inter ulterius tuum nomen tantopere bursfeldensem
detesteris Putasne virtutes in nomine
consistere aut vicia Si huic nomen offendit:
non ledit nisi superbum Sed elatus humiles non
adnectit Si vero nec virtutes in nomine
haberi consentis nec vicia: bursfeldensibus
sine causa indignaris Virtus aut non

displicet nisi perversis: quia si ostenderis te nudum
od virtute penitus ostendis. Vita enim non displicet
nisi gravia. Tu ergo qui vitam fratrum huius sancte
reformationis vituperas, perfecto tuis moribus
testaris esse contrariam. Cum autem sub vmbrano
lateat. tamen vis indicaberis testimonio eiusdem:
qui monasteriorum exercitia contradicis. ieiunia
impugnas. disciplinam vituperas. simplici-
tatem iudicas. condemnas veritatem. Sed veri
monachi non curant verba detractorum: quibus
propositum est malis displicere: conscientie testi-
monio contenti. in domino tamen noverunt gloriari:
quamquam suo exemplo neminem velint abire scan-
dalizatum. Sed veritas ista pervertentium
scandalo deserenda est. Dominus enim sit sub umbra
apostolici culminis habet vnio reformationis. et
ideo non metuit odia detractorum. Et si calli-
dus emulatorum quemadmodum consueverunt cavil-
lentur eam in reformatione esse perversos: non
nocet crimen zelantium non diffidendum in
omnes: quia bonorum virtus ex convictu malorum
non corrumpitur. sed probatur. Nulla congregatio tam
sancta existit: que malorum societatem non
sit experta. Claudat igitur os suum qui magna
super se loquitur: et bonos non spernat
propter odium infirmorum. Magis autem convertet
voluntatem in melius: et studeat imitari.

quod nisi de sancta conversatione non possit reprehendere. Sed
ista sufficiant adversus odia detractorum. que non
sine causa dicta sunt. et intelligentibus patent.
Si aliqua ad iniuriam dicta videantur. oro
ne michi succenseat qui neminem offendere institui.
sed hoc quod una vobiscum confiteor o fratres quantum
cum deo valeo defendere veritatem. Neque enim de
presentibus fratribus quemquam existimo. eum ad honorem ordi-
nis nostri conquievisse non dubitem. Sed propter absen-
tes etiam presentibus loquor. Ceterum venerandi fratres.
intuentes ea que paucis expressi superius. con-
sideremus quam iuste sit ordinis nostri gemenda deso-
latio: qui olim floruit in terra velut cedrus
libani. et modo aruit tamquam merica deserti
Unde cavendum est. et magna sollicitudine cogi-
tandum: ne hanc quoque reformationem qualemcumque
nostram negligentia confundamus. Curet unusquisque nostrum
in suo monasterio successoribus bona consignare
vestigia. ut sicut nos ex precedentibus atque alii
ex nobis confirment: hec sancta reformatio in vigore
semper perseveret. Etsi ordinem ad pristinum deco-
rem non possimus reducere ex integro quod lugentes:
curemus saltem in parte vel unius cuiusque ad
veterum instituta ambulare. Quando autem
sit quod ordinem nostrum gloriosum ab initio reddi-
derunt: que si et nos imitari studuerimus.
in eo magnum fructum faceremus. Hec sunt illa.

Sanctitatis meritum: et sacra scripturarum. Hec
vbi neglecta sunt: mox ordine ad yma decli-
nant. Nichil enim per tempus terre in ordine nostro
venerabatur antiquitas: nisi vite meritum et
sacre doctrinam. quibus neglectis. ordo deuenit
in contemptum. Si ergo ad pristinum honorem ordi-
nem cupimus reducere: oportet vt hijs duobus inni-
tamur. Nec enim possibile est priorum et reformatorum
saluum eum posse consistere: si abbates et fratres sacrarum
scripturarum repulerint. et morum honestatem.
Alta edificia et lucrativa predia: non faciunt
stabilem in ordine disciplinam. Ista diuitie sunt
fomenta vanitatum: que si affluant nolite cor
apponere: quia possidentes monachos spoliant ho-
nestate. Ecce quot abbates. quot rectores. quot
monachi. se temporalibus immergentes. ab ordinis professione
sanctitate et doctrina nudi sunt: quibus nichil
sapit nisi terrenum: nichil placet nisi carnem
confidunt ordinem desideria voluptatum. Quid
dicam? Abbas vel monachus qui se temporalibus
immergit. qui lectiones et studium scripturarum
negligit. qui exercitia interiora postponit.
nisi de speciali protectione dei gratia preseruetur:
impossibile est eum fornacem babilonis aut fu-
mum non inuadere tamen ardentis. Arbor autem
qualis sit: ex fructibus quos producit agnoscitur.
Cor hominis inquietum amoris indiget est sine

affectum specialem cui fortius insistat: qui si bonus
fuerit. fructus pietatis operatur. Verumptamen circa
aliquid specialiter in pectore viget amor. Unus
diviciis congregandis inhiat: alius structurarum
et edificiorum ornatibus gaudet. Alter in equis
delectatur. alter in prediis: unusquisque ceteris
sua prefert que amat. et bene se velle estimat:
sed hec ad religiosos aliquantulum figurat. Sed
non est hec vera via salutis: si negligantur
illa ad que ista fuerant ordinanda. Decere scientiam
amatur vite: sobrieter scientia diligitur scripturarum
Qui huius intendit: omnia facile superabit adversa
Abbas igitur qui curam suscepit animarum pro quibus
deo redditurus est rationem: non debet se curis
temporalibus immergere. sed commodare. ut quociens
libuerit sine difficultate se sibi valeat ven//
dicare. Vetat enim regula ne maiorem de
caducis quam de spiritualibus curam habeat. In
utroque autem abbas iubetur proficere. sanctitate
videlicet et doctrina: quia unum sine altero non
sufficit in prelato. Vita bona sibi proficiat: do//
ctrina scripturarum subiectis. Tantum quam quo
ordinis sui amator est. quicumque arbor fructuo//
sa crescere desiderat. his duobus diligenter invi//
gilet. imitetur quos doctos sanctosque in ordine
floruisse non ignorat. Ergo precor intueamur
ordinis nostri pristinum decorem. quanti in eo

Sancti quanti claruerunt eruditi: qui nobis labo-
rarunt et sibi. Quod hac duplici virtute insignes
fuerunt. Studeamusque imitari eos pro posse quos
colimus: si ad gloriam quam sunt adepti venire
desideramus. Nemo sibi blandiatur. nemo se
putet esse securum: quia etsi misericors est pater
deus: tamen indubie iustus est dominus: qui culpe pa-
storis solet ascribere: si quid minus utilitatis de
in ovibus suis potuerit invenire. Cogitemusque
quam horribile sit incidere in manus dei viventis:
qui personam hominis non respicit: sed tantum pro causis
iudicat meritorum. Imitemur veteres qui in
hoc sacratissimo ordine domino in sinceritate
servierunt: et ex perfectione talium nos quoque sumamus
proficiendi exemplum. Contempserunt mundum.
celestia inquirebant: et dominus quem amabat pro eis
erat sollicitus: providens in omnibus copiose que illis
necessaria fuerant: quemadmodum in evangelio ante
promiserat dicens. Primum querite regnum dei et
iustitiam eius: et hec omnia adiicientur vobis. Ordo
nimirum congruus. ut spiritualia temporalibus
preferantur: quia sicut apud grammaticos a potiori
et digniori consuevit fieri denominatio. Ita potior
habenda est anime quam corporis sollicitudo. Ubi
autem spiritualia temporalibus posthabentur:
utraque cito deficiunt. Peperit olim religio
divitias: donec insolens filia matrem suffo-

tavit. Nam qui volunt divites fieri incidunt
in temptationem diaboli. Ditavit ordinem sa//
crum cultus dei sincera devotio. quem monachorum
ceca ambitio bonis omnibus denudavit. Mox
enim ut se negociis secularibus immerserunt. lectio//
nes scripturarum neglexerunt. mutari cepit
color discipline optimus. devotio tota expi//
ravit. Spiritualibus autem neglectis. iusto dei
iudicio. etiam temporalia defecerunt. Hinc autem
tam defectus negligentia comitatur prelatorum. Ru//
des enim et inexperti ac sine scientia literarum ad
regimen quarum positi. eo quod non haberent ubi cor suum
delectabiliter figerent. ad morem seculi conversi.
ordinis disciplinam miseri destruxerunt. Salvo
privilegio paucorum. quod non facit legem com//
munem. monachus vel abbas absque amore et
studio scripturarum. ad interne dulcedinis.
gustum raro aut numquam potest pertingere. In hoc mari
magno ubi sunt reptilia temptationum quorum
non est numerus. pro navicula est nobis scientia
scripturarum. Vae qui abicit. mergi vult
in aquis vehementibus. Homo qui deum non
diligit. qui scientiam scripturarum contemnit.
quid potest aliud diligere quam mundum. Numquam ama//
tor sui deum potest diligere. Et omne opus eius ingra//
tum in charitate non figitur. cito dissipatur.
Scientia vero scripturarum ad amorem dei nos
excitat. observantiam regularem conservat. casti//
tatem roborat. virtutes ministrat. charita//

tem fouet. devotionem auget. humilitatem
docet. colligit unitatem. Qui amat deum
ordinis sui precepta custodit. quia dei amor
mandata non negligit. Qui amat sacram
scripturarum a bona voluntate non deficit.
quia carum dulcibus stimulis ad sancta conver-
sationis studia quottidie renovatur. Homo autem
rudis et absque desiderio pietatis curiis
inexplicabilibus submergit animam suam volup-
tatibus carnis deserviens terrena sapit.
claustrum mendit. disciplinam negligit. violat
puritatem. Ad nos ipsos igitur revertentes
patres venerandi. ubi cordis nostri figamus
desiderium. ad antiquum amorem ordinis sublimis
institutum. Sunt certe plures e nobis patres cen-
te iuvenes ingenio dociles, animo capaces,
quos exhortor ut sanctitati morum inserviant,
sacras scripturas discant. illis incumbant. et
carnis vitia (promitto) facile superabunt. Ve-
re qui amat sacram scripturarum. carnis
vitia non amabit. Ergo dum vires annique si-
nunt, tollerate labores. Nam veniet tacito
curva senecta pede. Ecce oportune iam accu-
dent omnia. tantum si assit studendi voluntas.
Iam certe modico quisque doctus esse potest. Erat
olim librorum magna penuria, cum precijs
maximis et sumptibus parabantur. At nunc

ne, omni varietate facultatis insignes copia volu-
minum per imprimendi artem in lucem dicti produ-
citur: quibus doctrina salutaris magnifice
dilatatur. Cur mente languescis ocio? An
putas nos virtutes sine opere sciamque scrip-
turarum sine labore infundi? Veteres inspi-
ciamus patres quam devoti fuerunt in orationibus,
quam seduli in lectionibus sacris: quos sine labo-
re ad tam ardua non credo pervenisse. Sed
habet labor ipse solacium: quem amor sancti
spiritus inflammat. Noverant enim sancti quod nulla
sine labore apprehenditur virtus. Amabant deum
et sacras scripturas ex corde didicerunt: quibus
muniti adversus omnes inimicos fortiter di-
micarunt. Nichil enim in hac vita dulcius
sentitur, nichil avidius sumitur, nichil
denique iocundius possidetur, nichil men-
tem ita a voluptatibus carnis separat,
quam studium et amorosa sciencia scripturarum.
Ruica, nil hoc melius quam si divina legendo
figat ibi mentem, quo sibi vita venit.
Monachus enim qui scripturas sanctas
intelligere desiderat: a morum emendacio-
ne debet incipere. Frustra enim studium
literis impendit: si cordis habitaculum
intus negligatur. Nec dicas, quod multi

docti reprehendunt viciosi: stoycorum sententia est
vere doctum non esse criminosum Est talibus
sine charitate scientia que inflat Monacho-
rum autem philosophia altior est: que intellectum
discretis erudiens / amantis affectum non
solet negligere Sunt quedam cum nostris consilijs
amatoribus vere sapientie dicens Tranquillam
et vacuam cētib sapientia mentem: imbuunt
et placidi pectoris hospites erunt Scriptu-
ras sacras diligit qui novit: Et hec
scientia sapientie inimicum non habet nisi ignorantem
Et quidem sua studia singuli probant: qui
autem sacris scripturis affectualiter incumbit
merito preferetur universis Sed maneat
hec: finis si liceat ~~temporibus~~ continuanda
temporibus Nunc ergo patres venerandi one-
ra nostris ceruicibus imposita: metuentes
studeatis animas nobis commissas sanctitate et
doctrina ita pascere: ut ad eos de quibus
loquimur cum ipsis ovibus post hanc vitam inex-
terminabiliter mansuri possimus pervenire: quod nobis
ille prestare dignetur qui sua clementia uni-
versos condidit sanctos: dominus noster Ihesus christus
qui vivit cum deo patre et sancto spiritu in uni-
tate glorificatus / gubernans ac moderans
secula cuncta Amen Explicit

Τελος λαυς Χριστω

RITTE
DE
CRIPT
RDINI
ENEDI

1492